*Joannis Corasii tolosatis jurisconsulti clarissimi. Toloasae, 1687.*

Page de titre

Illustrissimo dom. Thomae Alexandro Morant, equiti, regi a consiliis, senatus Tolosani principi.

Index tractatum, qui in hoc Volumine continentur.

<u>Prima partis tractatus</u>


De totius tractatus partitione, & vario beneficii nomine cap. 1. pag. 1

Quid sit Beneficium. Cap. 2. 5

Hospitalia, Leprosariae, & alia id genus, an beneficii verbo veniant. Cap. 3. 10

De pensione. Cap. 4. 13

De Beneficiis curates, simplicibus, electives, collativis, regularibus, secularibus, aliisque speciebus Beneficiorum. Cap. 5. 18

De Beneficiis datis in titulum, & in commendam. Cap.6. 24

De non conferendo viventis beneficio. Cap. 7. 27

De vacatione per mortem, & simplicem renunciationem. Cap. 8. 32

De renuntiatione, quae fit ex causa permutationis. Cap.9. 42

De depositione, assecutione secundi beneficii, & reliquis modis vacationum. Cap. 10. 48


<u>Partis secunda Tractatus</u>


Qui possint confere beneficia, et primùm de Romano Pontifice, ejusque vicegerente. 52

De Romano Pontifice, ejusque vicegerente. Cap. 1. 52

De Concilio. Cap. 2. 59

De legaro a latere. Cap. 3. 60

| | |
|---|---|
| De inferioribus ordinariis. Cap. 4. | 65 |
| De quasi possessore conferendi. Cap. 5. | 70 |
| De sequestro. Cap. 6. | 72 |
| De capitulo sede vacante. Cap. 7. | 75 |
| De vicario episcopi. Cap. 8. | 80 |
| De executore. Cap. 9. | 84 |

Tertia Partis Tractatus

| | |
|---|---|
| Quales eos esse oporteat, quibus beneficia conferuntur de clericatu | 86 |
| De clericatu. Cap. 1. | 86 |
| De spuriis non promovendis. Cap. 2. | 90 |
| De aetate beneficiorum. Cap. 3. | 93 |
| De conjugates & bigamis. Cap. 4. | 98 |
| De scientia. Cap. 5. | 102 |
| De corporis & animi vitiis. Cap. 6. | 109 |

Quarta Partis Tractatus

| | |
|---|---|
| Quibus modis beneficia clericis concedantur | 119 |
| De collatione. Cap. 1. | 119 |
| De postulatione. Cap. 2. | 130 |
| De electione. Cap. 3. | 137 |
| De nominatione. Cap. 4. | 147 |
| De mandatis Apostolicis. Cap. 5. | 173 |
| De praesentatione, seu jure Patronus. Cap. 6. | 194 |

Privilège du roi

| | |
|---|---|
| Index alphabeticus eorum quae hac Paraphrasi continentur. | 209 |
| Index additionum Ioannis Solier [Jean Solier]. | 223 |

Impression de

Pierre d'Estey

à la Presse d'or.

fleuron dintgu sur

Vicomte du Pouey d. Damez

1667 in-4°

Pf XVII-110

# JOANNIS CORASII TOLOSATIS, JURISCONSULTI CLARISSIMI,

IN UNIVERSAM SACERDOTIORUM
materiam erudita ſanè, ac luculenta Paraphraſis.

*CUM NOTIS JOANNIS SOLIER IN Senatu Toloſano patroni, ac veterani expeditionum Romanæ Curiæ Bancharii.*

TOLOSÆ,
Apud JOANNEM DOMINICUM CAMUSAT;
Regis Bibliopolam. 1687.

*CUM PRIVILEGIO REGIS.*

ILLUSTRISSIMO VIRO

# DOMINO DOM. THOMÆ ALEXANDRO MORANT,

EQUITI, REGI A CONSILIIS,

Senatus Toloſani Principi.

*ECCE iterum in lucem prodit Coraſius, PRÆSES ILLUSTRISSIME, ſed novâ, magnâque Notarum acceſſione locupletatus. Is eſt ille Coraſius, quem, ſive cauſas peroraret, ſive de jure reſponderet, ac tandem Senatorio munere fungeretur, tota olim mirabatur Toloſa, verè ſui ſæculi decus & ornamentum. Cui, VIR AMPLISSIME, hanc-ce tanti Viri in univerſam Sacerdotiorum materiam paraphraſim, quæ ſedes eſt illuſtrium materiarum juris Eccleſiaſtici, & quaſi ſacræ doctrinæ latifundium, dicarem, non diù fui dubius: nimirum par erat, ut Virum illarum rerum ſcientiſſimum, Themidis*

*corculum, omniumque Muſarum amicum, patronum eligerem; te inquam, PRÆSES ILLUSTRISSIME, qui vix dum in altiſſimo honoris gradu collocatus, & graviſſimarum rerum onera, & omninò egregiè ſuſtines nomen, quod adeptus es è tuo etiam, quantus quantus ſit, citò præſtantior evaſurus Magiſtratu? Enimverò nihil tam difficile, aut tam amplum eſſe jam probe novimus in ipſis, ut ita dicam, Magiſtratus tui incunabulis, quod indoles tua eximia non aſſequatur, ita ut dignitatem ampliſſimam non ſuſtineas modò, ſed augeas? Tantæ ſunt animi tui dotes, tanta doctrina ſingularis, & prudentia magno maximarum rerum uſu quæſita. Paginam verbis undique ſuâ ſponte confluentibus implerem, PRÆSES ILLUSTRISSIME, ſi virtutes tuas, beneficia in Rempublicam collata, longam majorum ſeriem, fumoſaſque imagines, & nobiliſſimæ gentis ſplendorem, memorare aggrederer, erat enim hîc locus hiſce memorandis opportunus: ſed quoniam nec exiſtimatio tua, nec honor etiam meus id poſtulat (etenim ea omnia tentare longè facilius eſſet, quam oratione condignè complecti) hiſce ſuperſedeo, te enixè rogans, VIR AMPLISSIME, ut levidenſe hoc munuſculum, qualia mea ſolent eſſe munera, ſed tamen reverentiæ meæ ergà te ſignificationem, grato animo excipias. Honeſta, ut illud tibi offerrem, excitavit ambitio, ut publico etiam teſtimonio me probarem tibi addictiſſimum, &*

Amplitudinis tuæ

Obſequentiſſimum ſervum
JOAN. DOMINIC. CAMUSAT.

# INDEX
## Tractatuum, qui in hoc Volumine continentur.

*Primæ Partis Tractatus.*

DE totius tractatus partitione, & vario beneficii nomine cap. 1. pag. 1.
Quid ſit Beneficium. cap. 2. 5.
Hoſpitalia, Leproſariæ, & alia id genus, an Beneficii verbo veniant. cap. 3. 10
De penſione. cap. 4. 15.
De Beneficiis curatis, ſimplicibus, electivis, collativis, regularibus, ſecularibus, aliiſque ſpeciebus Beneficiorum. cap 5. 18.
De Beneficiis datis in titulum, & in commendam. cap. 6. 24.
De non conferendo viventis Beneficio. cap. 7. 27.
De vacatione per mortem, & ſimplicem renuntiationem. cap. 8. 32.
De renuntiatione, quæ fit ex cauſa permutationis. cap. 9. 42.
De depoſitione, aſſecutione ſecundi Beneficii, & reliquis modis vacationum. cap. 10. 48.

*Partis ſecundæ Tractatus.*

De Romano Pontifice, ejuſque vicegerente. cap. 1. 52.
De Concilio. cap. 2. 59.
De Legato à latere. cap. 3. 60.
De inferioribus ord. cap. 4. 65.
De quaſi poſſeſſ. conferendi. cap. 5. 70.
De Sequeſtro. cap. 6. 70.
De Capitulo Sede vacante. cap. 7. 75.
De Vicario Epiſcopi. cap. 8. 80.
De executore. cap. 9. 84.

*Tertiæ Partis Tractatus.*

De Clericatu. cap. 1. 86.
De ſpuriis non promovendis. cap. 2. 90.
De ætate Beneficiorum. cap. 3. 93.

De conjugatis & bigamis. cap. 4. 98.
De ſcientia. cap. 5. 102.
De corporis & animi vitiis. cap. 6. 109.

*Quartæ Partis Tractatus.*

De collatione. cap. 1. 119.
De poſtulatione. cap. 2. 130.
De electione. cap. 3. 137.
De nominatione. cap. 4. 147.
De mandatis Apoſtolicis. cap. 5. 173.
De præſentatione, ſeu jure Patronatus. cap. 6. 194.

PAR grace & Privilege du Roy donné à Verſailles le 26. Juin 1687. ſigné le Petit, & ſcellé, il eſt permis à Jean Dominique Camuſat Marchand Libraire de Toulouſe, d'imprimer ou faire imprimer un Livre intitulé *Ioannis Coraſii Juriſconſulti Clariſſimi in univerſam Sacerdotiorum materiam luculenta Paraphraſis*, avec les Notes du ſieur Solier Avocat au Parlement de Toulouſe, & Banquier en Cour de Rome, & ce durant le temps de huit années; avec deffenſes à tous autres de contrefaire ledit Livre durant ledit temps, à peine de 2000 liv. d'amende, comme il eſt plus amplement porté par leſdites Lettres de Privilege, regiſtrées ſur le Livre de la Communauté des Marchands Libraires de Paris, ſuivant l'Arreſt du Parlement.

JOANNIS

# JOANNIS CORASII

## TOLOSATIS, JURISCONSULTI CLARISSIMI,

*IN UNIVERSAM SACERDOTIORUM materiam, luculenta Paraphraſis.*

## DE TOTIUS TRACTATUS PARTITIONE, & vario Beneficii nomine.

SUMMÆ RERUM.

1 *Partitio, totius Tractatus.*
2 *Beneficii, multiplex acceptio.*
3 *Beneficium, in malam partem.*
4 *Cæſar, quo die interemptus.*
5 *Beneficium pro gratia.*
6 *Beneficium pro Sacerdotio.*

### Caput I.

*Partitio totius operis.*

1 EXPLICABITUR commodiſſimè ſacerdotiorum tractatus, quatuor partitionibus. Prior quid ſit beneficium, quotque ejus ſpecies, Et quæ verbo beneficii veniant, Tum quibus modis præcipuè beneficium vacare dicatur, atque de renunciatione, tam ſimplici, quàm ex cauſa permutationis, neceſſaria decla-

rabit. Altero membro , Quis ſacerdotiorum
conferendorum poteſtatem habeat,exponemus.
Tertiò,quibus conferri beneficia poſſint. Quar-
tò , quibus modis beneficia concedantur. Ut
non ſit illic obſcurum videre, quomodo pri-
mùm per collationem , deinde per poſtulatio-
nem , tum per electionem , ac demum per no-
minationem, & mandatum. Denique per Præ-
ſentationem provideatur. Imitatus quantum po-
tui Hermogenia. [a] Qui ſi quæratur de tutore,
an ex inquiſitione rectè datus ſit, quatuor hæc
conſiderari jubet: an is dederit, qui dare po-
tuit: an ille acceperit, cui fuerat dandus: An is
datus ſit, cujus dandi facultas erat: Et an pro
tribunali decretum interpoſitum ſit. Ante om- 2
nia tamen illud præfabimur, beneficium ( quo
nomine, placuit canonum authoribus ſacerdo-
tia vocare ) in jure tam civili, quàm Pontificio,
non una in ſignificatione accipi. Quandoque
enim apud Jureconſultos , [b] legere eſt Benefi- 3
cium , pro opera, & facto alicujus, rapto etiam
in malam partem vocabulo , locutione tamen
puriſſimis linguæ Latinæ authoribus , non in-
cognita. Cicero [c] enim Trebatium increpans ,
quòd Idibus Martiis quibus Cæſarem interem-
ptum nemo neſcit. M. Ant. hominem ſcelera-
tiſſimum & Remp. poſt Cæſaris mortem dive- 4
xantem,ante fores detinuiſſet: donec Cæſar in-
terficeretur, inquit, Quod verò à te viro opti-
mo, ſeductus eſt , tuóque beneficio adhuc vivit
hæc peſtis, interdum quod mihi vix fas eſt, tibi
ſubiraſcor. Receptius tamen, ut beneficium pro
gratia exhibita , & merito , benefactóque in
alium collocato accipiatur: ut cum Thais me-
retrix Phædriæ adoleſcenti dicebat.

[d] *Quamobrem Phadria*

*Beneficii multiplex ſignificatio.*

*Iul. Cæſ. Idibus Martiis necatus.*

*Beneficium pro gratia.*

a l. naturali §. fi. ff. de confir. tutor.

b l. ex damni. §. quoties ff. de dam. infect. l. inter omnes ad prin ff. de fur.

c Libro Epiſtol. x. ad Trebat.

d Terent. in Eunucho.

*Cupio aliquos parare amicos beneficio meo.*

Et Paul. Juriſconſ.[c] Gregoriuſque Pontifex.[f] adjuvari nos, non decipi beneficio oportet. Rurſus Papi.[g] Beneficio affici hominem hominis intereſſe dixit. Et Jabol.[h] Beneficium (inquit) quod à divina principis indulgentia proficiſcitur, quam pleniſſimè interpretari debemus. Pariterque Bonifac.[i] Decet conceſſum (ait) à principe beneficium, eſſe manſurum. Et mox [k] indultum à jure beneficium, nemini eſt auferendum. Pleni ſunt profectò hujus generis exemplorum libri,[l] ut pluribus immorari ſupervacaneum ducam. At verò licèt tot poſſint eſſe beneficii appellationes, quot ſunt munera, & gratiæ à Legiſlatoribus exhibitæ: tamen contracta eſt quandoque hujus vocabuli

6 ſignificatio: nam in prophanis, beneficium pro Feudo, plerunque uſurparunt.[m] In ſacris verò, & ſpiritualibus pro ſacerdotio, idque frequentius, & uſitarius, adeò quidem ut jam vulgus noſtrum, per Antonomaſiam quandam, beneficii nomine, Sacerdotia tantum modo intelligat.

*Ben ſicium pro ſacerdotio.*

c l. in commodato. §. ſicut in fin. ff. commod.

f c. unic. in fin. de commoda.

g l. ſervus ex lege ff. de ſer. expor.

h l. pen. ff. de conſtitut. princip.

i c. decet. de reg. jur. in 6.

k cap. indultum eodem titul.

l l. 3 ff. de obſequ. l. ſi poſt mortem. ff. de contra tabu. l. in omnibus. 3. ff. de reg. jur. & l. Neratius. cod. titul.

m c. 1. cum ſimilibus. quib. cau. feud. amitt. in feud.

## SOLIER.

1 Sacerdotiorum) improbant vocabulum in ſubjecta materia Rebuff. in prœmio praxis beneficiariæ & Garg. de beneficiis p. 1. cap. 1. n. 7. & ſacerdotium pro ipſo ordine ſacerdotali non autem pro beneficio aſſumi volunt: licet enim beneficium ſacerdotale ſacerdotium dici poſſet ut in cap. quoniam; ne prælati vices ſuas non tamen alia beneficia, quod verum credo quamvis Tiraquel. in tract. ceſſante cauſa p. 1. n. 46. & vocabularium eccleſiaſticum ſacerdotium pro beneficio indiſtinctè uſurpent.

6 *Beneficium pro feudo*) exarſit alias ex hac æqui-

vocatione Fredericus III. in Adrianum IV. cum enim Pontifex literis duriuſculis Imperatorem increparet ex quo injuriam Archiepiſcopo Londonenſi illatam non vindicaret illique exprobraret ſanctam Romanam Eccleſiam Imperialis inſigne coronæ libentiſſimè contuliſſe ſubdens, neque tamen pœnitet nos deſideria tuæ voluntatis in omnibus impleviſſe, ſed ſi majora beneficia excellentia tua de manu noſtra ſuſcepiſſet, ſi fieri poſſet, conſiderantes quanta Eccleſiæ Dei, & nobis per te incrementa poſſint & commoda pervenire, non immeritò gauderemus; Fœdericus hęc verba detorquens ad feudale beneficium indignationẽ ſuam edicto promulgavir quam tamen mitioribus literis & benigna interpretatione Adrianus compeſcuit in hæc verba. Licet enim hoc nomen quod eſt beneficium apud quoſdam in alia ſignificatione quam ex impoſitione habeat, aſſumatur, tunc tamen in ea ſignificatione accipiendum fuerat, quam nos ipſi poſuimus, & quam ex inſtitutione ſua noſcitur retinere: hoc enim nomen ex bono & facto eſt editum & dicitur beneficium apud nos, non feudum ſed bonum factum in qua ſignificatione in univerſo ſacræ Scripturæ corpore invenitur, ubi ex beneficio Dei non tanquam ex feudo, ſed veluti ex benedictione & bono facto ipſius, & gubernari dicimur, & nutriri: & tua quidem magnificentia liquidò recognoſcit, quod nos ita benè & mirificè Imperialis dignitatis inſigne tuo capiti impoſuimus ut bonum, factum valeat ab omnibus judicari. Baron. ad annos 1157. & 1158.

# QUID SIT BENEFICIUM.

## SUMMÆ RERUM.

1 *Beneficium quid.*
2 *Beneficium an jus ſpirituale.*
3 *Simonia in ſpiritualibus contrahitur.*
4 *Præbenda duplex.*
5 *Laïcus procurator in beneficiis.*
6 *Ius patronatus cur habeant laïci.*
7 *Ius patronatus, ſpirituale, & temporale.*
8 *Poſſeſſorium beneficii, temporale.*
9 *Fructus beneficii vacantis, ſervantur ſucceſſori.*
10 *Fructus clericus non facit ſuos.*
11 *Clericus de fructibus non diſponit.*
12 *Clerici luxu perditi.*

### CAPUT II.

1 *Benefi- ciũ quid* HOC itaque beneficium (ſic enim
deinceps cum noſtratibus ſacer-
dotium nuncupabo.) Sic videtur
poſſe non male definiri, *jus eſſe
percipiendi fructus, ex bonis Deo
dicatis, provenientes clerico, propter divinum of-
ficium competens.* Quæ definitio, quia totam
hanc quæſtionem continet, initio nobis expo-
2 nenda eſt: ſed pingui (quod dici ſolet) Miner-
va. Dicimus igitur beneficium jus eſſe, & id
quidem ſpirituale, [a] cùm contrahatur ſimoniæ
3 *Simo- nia.* vitium, ſi pro eo jure obtinendo aliquid tem-
porale detur. [b] Et ſimoniam certum ſit, non niſi
in ſpirituali cauſa committi, aut ei annexa.[c] Nec
nos offendat, quòd laïcus præbendam, atque
ita beneficium, [d] habere, [e] conferréque [f] non-
nunquam poſſit: rectéque procurator conſtitua-
tur, ad permutandum, & acceptandum ſacer-
dotium, ejúſve poſſeſſionem apprehendendam.
[g] Et patronus Clericum inſtituendum, ordina-
rio præſentet.[h] Cum tamen laïcum tractare ſpi-

a Glo. in ſumma. 11. q. 3 Panorm. & Fely. in c. conſulere. de Simon.
b c. nemo c. Matthæus. c. conſulere & ca ad noſtram. de Simon.
c c. quæſitum de re permu. gl. c. 1. q. 1.
d c. pro illorum. & c. ſi de præben.
e Gloſſ. c. cum M. de conſtit.
f Gl. c. imperium. 10. diſtinct.
g Panor. c. accedens. de præb. Rot. dec. 418. in An.
h c. cum dilectus de jur. patron.

ritualia nullo modo poſſe, notius ſit quàm ut probatione ſit opus.[i] Nam conſiderandum eſt, Præbendam dupliciter accipi. Primò pro quadam fructuum perceptione, à Canonicatu ſejuncta: quæ tametſi de rebus eccleſiaſticis detur, non tamen ratione divini officii, ſed pro labore aliquo temporali, de eccleſia bene meritis conceditur.[k] Advocato puta, procuratori, aut Syndico,[l] quam nihil ſpiritualitatis habentem laicus meritò obtinet.[m] Accipitur & aliter ut Canonicatui conjungitur,[n] propter divinum officium competens,[o] quæ ideo beneficii verbo continetur.[p] Nec à laïco, utpotè ſpiritualium prorſus incapace, citra apoſtolici privilegii authoritatem,[q] ulla ratione teneri: multóque minus conferri poteſt.[r] Neque verò exiſtimandum eſt, laïcum ideo ſpiritualia tractare, quòd in beneficiis, aliiſque ſpiritualibus negotiis, procurator jure fiat:[s] ſi quidem nudum tantùm præbeat miniſterium procurator.[t] Proinde ejus qnalitas non attendatur.[u] Quod autem à ſupremis Pontificibus proditum eſt, laïcos jus habere præſentandi clericos ordinariis,[x] ſingulari favore, ſuſtinetur, ut allectentur laïci, invitentur, & inducantur ad conſtructionem Eccleſiarum.[y] Nec omni ex parte jus patronatus ſpirituale cenſeri debet:[z] ſed temporale potius ſpirituali annexum. Aut ut alii volunt, temporale partim (quia à laïcis poſſidetur in hæredes migrans,[a]) partim ſpirituale, quia vendi non poteſt.[b] Qua de re ſuo loco latius. Cur autem judex ſecularis, de poſſeſſorio beneficii cognoſcat, in dubium revocandum non eſt, ſiquidem uſu obtinuerit, & jure veriſſimum ſit, poſſeſſorii cauſam, non ſpiritualem, ſed temporalem eſſe.[c] Nec abſurdum videri debet, ejuſdem ne-

4 *Præbenda.*

5 *Laïcus non tractat ſpiritualia*

6

7 *Ius patronatus an ſpirituale.*

8 *Poſſeſſorium quid temporale.*

i c. decernimus. de judi. c. cauſámque. de præſcr.

k c. fi. de magiſt. c. poſſeſſiones. 16. q. 1.

l c. quicunque. 12 q. 2. & d. c. poſſeſſiones.

m d. c. fi. gl. d. c. cum M.

n c. dilecto. de præben.

o ca. cum in Eccleſia. de præben. in 6.

p c. pro illorum. & c. fi. de præb.

q c. dilectus 3. de præben. c. Adrianus. & ca. in ſinodo. 63 diſt.

r d. ca. decernimus. & d. c. cauſámque.

s c. 1. de procu. in 6.

t l. mutus ff. de procur.

u l. Sulpitius. ff. de donat. inter vir. & ux.

x d. c. cum dilectus.

y c. quoniam de jure pat. Panor. c. ad apoſtolicam. de ſimo.

z Gl. c piæ mentis. 16. q. 7.

a c. quanto. de jud.

b c. 1. de jur. patron. ca querelam. de elect. c. filiis. 16. q. 7.

c c. de jure patro.

gotii reſpectu, petitorium, ſpirituale, & poſ-
ſeſſorium, temporale cenſeri: [d] cùm nihil ha-
9 beat commune cum poſſeſſione proprietas.[e] ver-
ſatur porrò hoc jus de quo cœpimus diſputare,
in perceptione fructuum, ut & finitionis verba
præmonſtrant. Uſque adeò; ut fructus poſt mor-
tem provenientes, ſi non in Eccleſiæ utilita-
tem convertantur, [f] futuro ſucceſſori debeant
reſervari. [g] Non quidem (ſic enim, licet cum
paucis ſentio,) ut fructus ſuos clericus faciat, [h]
10 ſed ut ex his ad victum ſibi Eccleſiæque deſer-
vientibus, ſubminiſtret, quódque ſupereſt,
Chriſti pauperibus elargiatur, aut in Eccleſiæ
11 utilitatem convertat. [i] De his enim teſtari, aut
inter vivos ullo modo diſponere, prohibetur.
[k] Niſi tanquam procurator, his qui deſerviunt
juxta ſervitii meritum, [l] aut aliis moderatè, ſe-
cundum conſuetudinem loci. [m] Et ſi quid forte
clericus luxu perditus, (quales multos fert ætas
noſtra) ex his profundat, reſtitutioni obſtringi-
12 tur. [n] Nam ut Hiero. dicebat: Clerico de altari
vivere permiſſum eſt, non luxuriari. [o] At verò
poſteriora diffinitionis verba, (propter divinum
officium competens) ſignificant, nos hîc pro-
phana non tractare beneficia: ſed eccleſiaſtica,
quæ ſolis clericis, [p] & à perſonis duntaxat ec-
cleſiaſticis, non item à laïcis, [q] niſi ex privile-
gio, [r] pure liberéque, hoc eſt omni ſpe lucri ceſ-
ſante, & quacunque pactione rejecta, ac ſine
diminutione, [s] conferuntur.

*Fructus beneficii an clericus ſuos faciat.*

*Clericus non diſponit de fructibus.*

d Glo. c. literas de jur. cal Car. cle. diſpendioſam de jud.
e Guid. pap. q. 1.
f l. naturaliter §. 1. ff. de acqui. poſſeſſ.
g c. cum vos. de off. ord.
h c. hæc hujus. & ca. nō liceat. 12. q. 2. c. fina. de offic. ord. in 6.
i c. fi. ubi glo. & Panor. de pecul. cleri.
k c. epiſcopus, c. nulli. §. fi. 12. q. 1. glo. c. ſuſcepti. de elect. in extravag. Ioan. 22.
l d. c. fin. de pecul. cleri. c. relatum. 1. §. licet. de teſta & d. c. fi. in fi.
m c. 2. & 3. de donat. Panor. c. cùm eſſes. col. 6. de teſta.
n Arch. c. 1. 48. diſt.
o dicto. c. 1.
p c. cū adeò. de reſcrip. c. ex literis. de tranſac.
q c. nullus. c. per laïcos ca. non placuit. c. laïcis. & c. ſi quis principum. 16. q. 2.
r c. dilectus. 3. de præben. gl. d. c. laïcis.
s c. un. ut eccl. benefic. c. conſulere. de ſimo. c. ſi quis dator. c. ſi quis epiſcopus. & c. ſi quis objecerit. 1. q. 3.

SOLIER.

Jus eſſe percipiendi fructus) majus & pinguius eſſe jure iſtud quam ut debeat reſtringi ad ſimplicem perceptionem fructuum vel ex eo patet quod beneficiarius terram prædialem vineatoriam facere poteſt, cap. ult. de pecul. cleric.

cap. commiſſum, de decim. Quod tamen uſufructuario qui jus habet percipiendi fructus non permittitur etiamſi res precioſior inde reddatur l. ſi cujus rei uſusfructus §. ſed ſi inter. verſic. & ſi forte & l. uſufructuarius ff. de uſuf. unde Melchior Lotterius de re beneficiaria lib. 1. q. 3. n. 1. reprobata auctoris noſtri definitione aliam advehit ut ſcilicet beneficium nihil ſit aliud quam jus quoddam ſpirituale adminiſtrandi certum fundum eccleſiaſticum clerico conceſſum in ſpiritualis officii retributionem.

Cum contrahatur ſimoniæ vitium ſi pro eo jure obtinendo aliquid temporale datur ) vel etiam ſpirituale Paſtor de benef. lib. 3. tit. 18. n. 12. ea agnita differentia quod ſimonia contracta per dationem temporalis eſt vera ſimonia: contracta verò per dationem rei ſpiritualis dicitur interpretativa vel ſimilitudinaria; illa ſi realis ſit privat obtentis & inhabilitat ab obtinenda & rei excommunicantur ipſo facto, extravag. cum deteſtabile, de ſimonia. Si verò tantum conventionalis collatio eſt nulla inhabilitas ad obtinenda contrahitur obtentorum, ſed privatio ipſo facto non incurritur, ſed tantum per ſententiam, nec excommunicationi locus eſt: ita autem ſcilicet interpretativa nullam pœnam inducit præter nullitatem actus Garc. p. 8. cap. 1. n. 38. Paſtor d. lib. 3. tit. 18. n. 2. 2

Quod laïcus præbendam atque ita beneficium habere conferreque nonnunquam poſſit ) præbenda hujuſmodi non eſt beneficium, ſed ſtipendium mere profanum; laïci enim citra privilegium ſunt incapaces collationis beneficii activæ vel paſſivæ. 3

Non quidem ut fructus ſuos clericus faciat ) contraria tamen ſententia eſt communiter re- 10

cepta

cepta & conſuetudini Eccleſiæ conformis & probatur cap. unico de cleric. non reſid. in 6. Concil. Trid. cap. 1. ſeſſ. 23. verſic. ſi quis autem, ibi : eum pro rata temporis abſentiæ fructus ſuos non facere, & ſeſſ. 24. cap. 12. verſic. præterea obtinentibus: ibi, quos ratione etiam præbendæ ac reſidentiæ fecit ſuos & verſic. proviſi autem : ibi, fructus non faciat ſuos, Garc. p. 2. cap. 1. n. 2. & ſeqq. ubi multa congerit aitque beneficiatum vane & male conſumentem fructus beneficii, non teneri ad reſtitutionem quamvis peccet & quidem mortaliter, non contra juſtitiam, ſed contra charitatem, ſeu miſericordiam ſi in notabili quantitate id faceret.

11 De his enim teſtari aut inter vivos ullo modo diſponere prohibetur, jure communi beneficiatum etiam ſimplicem certum eſt non poſſe teſtari de fructibus beneficii, ſed poſt mortem ad Eccleſiam pertinere, hoc eſt ad ſucceſſorem in beneficio vel capitulum ſi ex capitulari menſa fructus percipiebat ut canonicus, cap. Epiſcopi cap. ſint manifeſtæ 12. q. 1. cap. 1. 12. q. 4. cap. 1. 12. q. 5. cap. 1. cum ſeqq. de pecul. cleric. cap. 1. cap. cum in officiis, cap. ad hæc. cap. quia nos, cap. relatum 2. de teſtam. poteſt tamen de illis liberè in vita diſponere Azor. lib. 7. cap. 9. q. 5. ſed quicquid ſit de jure communi, ſecus tamen eſt de conſuetudine, qua ſtante, poteſt beneficiatus licitè teſtari etiam ad uſus profanos, & dictos fructus relinquere conſanguineis etiam divitibus, nam conſuetudo hujuſmodi non eſt contra jus divinum aut naturale, ſed contra jus humanum Covarruv. in d. cap. cum in officiis, n. 9. probus ad Joan. Monac. in cap. fin. de offic. ordin. &

admittendam eſſe hanc conſuetudinem, ſaltem immemorialem, diſponendi de hujuſmodi reditibus, etiam in profanos uſus, non ſolum per ultimam voluntatem, ſed etiam inter vivos, ait Alexander Moneta de diſtribut. p. 3. q. 2. n. 5. & q. 4. n. 11. quia non eſt, inquit, contra jus divinum ac naturale, ſed humanum.

## HOSPITALIA, LEPROSARIÆ, ET ALIA id genus, an beneficii verbo veniant.

### SUMMÆ RERUM.

1 *Hoſpitalia, an beneficii verbo veniant.*
2 *Præceptoriæ Rhodienſes.*
3 *Hoſpitalia an exprimenda.*
4 *Literarum juſtitiæ, & gratiæ differentia.*

### CAPUT III.

PRÆDICTA autem ſatis oſtendunt Leproſarias, & vulgò dicta, Hoſpitalia (quarum ſpecies, variæ in jure leguntur.[a]) aliáque id genus, beneficii verbo non ſignificari, [b] etiamſi eccleſias annexas habeant, decimáſque & alia ſpiritualia jura poſſideant. [c] Atque ideo nec à legato conferri, nec ſub nominationibus comprehendi, [d] nec beneficiis permutari. [e] Cum laïcis comittantur, [f] vicéque tutorum gubernatores eorum locorum adminiſtrent, [g] obſtricti quotannis reddere rationem. [h] Idéoque non beneficium, ſed officium habere dicantur, [i] niſi tamen eccleſiaſtico beneficio unita eſſent. [k] (Unita quippe res & addita, naturam ejus cui adjicitur redolet. [l] Aut religioſis perſonis deputata, eiſdém- 2

*1 Hoſpitalia an veniant beneficii verbo.*

*Res unita.*

a Illud. C. de ſacroſan. eccle.
b Cle. per literas. de præben.
c d. Cle. per literas.
d Gl § ſi autem illi. de colla. in pragma.
e Glo. §. item quod univerſitates. eo. tit.
f Cle. quia contingit. §. ut autem. de relig. do.
g l. orphanatrophos. C. de epiſ. & cler.
h d. §. ut autem.
i d. l. orphanotrophos.
k c. ſuper eo. de præb. in vj.
l l. prædiis. §. qui do-

*Rhodienſe præceptoriæ.*

que ſolita in titulum conferri. [m] Sicuti ſunt præceptoriæ Rhodienſes : quæ cum non niſi fratribus Hieroſolymitânis , atque ita perſonis
3 eccleſiaſticis conferantur : [n] beneficiis eccleſiaſticis annumerari meritò debent. [o] Sed & de Hoſpitali impetrans beneficium , mentionem facere debet. [p] Cum ejus expreſſio Papam retardare, aut ſaltem difficiliorem reddere poſſit. [q] Quod accipiendum eſt in literis Juſtitiæ , in quibus patrimonium quoque exprimi debet. [r] nam ſecus in literis gratiæ.

*Hoſpitale an exprimendum.*

mum. ff. de leg. iij. l. ſi convenerit. §. ſi nuda ff. de pig. act.
m d. cle. quia. §. præmiſſa.
n c. dudum. de deci. Pan. in rubri de regula.
o Barba cle. cauſam. de elect.
p Fede. Seneſ. conſil. 325.
q c poſtulaſti de reſcr. Gl. d. §. item quod.
r Fely. d. c. poſtulaſti. col. ij.
ſ Cardi. & Imol. cle. ſi de off. ord. col. xvj. de reſcrip. Fely. c. in noſtra.

## SOLIER.

1 *Niſi tamen Eccleſiaſtico beneficio unita eſſent* ex Concilio Tridentino ſeſſ. 25. cap. 8. de reform. adminiſtratio , ſeu gubernatio hoſpitalium uni & eidem ultra triennium deinceps non eſt committenda , niſi aliter in fundatione cautum ſit , nonobſtante quacumque unione , exemptione & conſuetudine in contrarium etiam immemoriali , ſeu privilegiis, aut indultis quibuſcumque , non intendit tamen Concilium tollere unionem hoſpitalis Eccleſiæ vel beneficio factam , nec impedire quominus rector beneficii illud regat per ſeipſum & adminiſtret in perpetuum , ſed ut non poſſit adminiſtrationem alteri committere ultra triennium Garc. p. 1. cap. 3. n. 23.

2 *Sicuti ſunt præceptoriæ Rhodienſes* imò commendæ & præceptoriæ ordinum miliarium non ſunt beneficia Eccleſiaſtica. Mandoſius ad regul. 16. qæſt. 51. num. 3. ſed res profanæ , cavedo de patron. Regiæ Coronæ Luſitaniæ cap. 15. à n. 15. unde Joan. Quintin. in repet. cap. de multa de præb. n. 8. & n. 163. & ſeqq. præceptores , inquit , aut commendatarii Sancti Joannis non ſunt beneficiarii, nec benefi-

cium habent, ſed adminiſtrationem & officium, & Melchior Lotterius de re benefic. lib. 1. q. 6. n. 52. ait in his præceptoriis deficere cauſam finalem beneficii, cum non conferantur clericis propter divinum officium, ſed militibus in ſimplicem adminiſtrationem propter operas, militares & quaſi in ſtipendium, atque ita deficiat quoque cauſa materialis, propterea non poſſe dici beneficia eccleſiaſtica; & quamvis iſti milites ſint quadantenus religioſi, non ſunt tamen clerici, quibus ſolum conferenda ſunt beneficia, ut vel ex ipſa auctoris definitione beneficii ſatis liquet, & habetur in cap. cum adeò, de reſcriptis, imò nec quidem propriè religioſi dici poſſunt: ſed large & ſecundum quid, ut ex Divo Thoma 22. q. 186. art. 4. tenet Azor. lib. 13. cap. 3. q. 2. vide Garc. part. 1. cap. 4.

3. *Quod accipiendum eſt in literis juſtitiæ in quibus patrimonium quoque exprimi debet*) iſtud jure communi verum, ſed cum hodie, literæ juſtitiæ, ſic dictæ cum pro pauperibus clericis ab Epiſcopo ſine titulo ad ordines promotis, Papa reſcribit quæ etiam in forma cum ſecundum & in forma pauperum appellantur ab aula jamdiu receſſerint conſequens eſt ut expreſſio hoſpitalis profani vel patrimonii in proviſionibus gratioſis non ſit neceſſaria.

# DE PENSIONE.

## SUMMÆ RERUM.

1 *Penſio an ſit beneficiam.*
2 *Penſionarius ad quid tenetur.*
3 *Penſio beneficio non commutatur.*
4 *Penſio an nuptiis perdatur.*
5 *Penſio an exprimenda.*
6 *Penſionis finitio.*
7 *Penſionis moderata portio.*
8 *Motus proprius quando nihil operetur.*
9 *Penſionem quis conſtituat.*
10 *Penſio an quantitativè imponenda.*
11 *Beneficium ſcindere ex cauſa licet*
12 *Penſionis conſtituenda multiplex cauſa.*
13 *Penſio in fraudem præſumitur impoſita.*
14 *Epiſcopo aſſerenti cauſam non creditur.*
15 *Patri teſtanti de meritis filii non ſtatur.*

## CAPUT IV.

*Penſio an apte latione beneficii.*

1 INSUPER nec penſio, benefi-
cii nomine intelligitur. [a] Cum
ſit quid temporale, ſpiritualitatis
nihil habens. [b] Cujus ideo laïcus
capax eſt. [c] Unde clericus qui ra-
2 tione beneficii ad reſidentiam, [d] & ad officium
[e] tenetur: propter penſionem tamen, ad neu-
trum obſtringitur. [f] Neć penſionem beneficio
permutare poteſt. [g] Cum ſola beneficia, be-
neficiis, & ſpiritualia, ſpiritualibus commuten-
tur. [h] Et executor datus ad providendum de be-
3 neficio, penſionem conſtituere nequit. [i] Et licet
per contractum matrimonii vacent beneficia,
[k] non tamen amittitur penſio. [l] Quod non re-
4 ciperem in penſione clerico aſſignata loco be-
neficii, ut ſit hodie ex cauſa ceſſionis aut re-
ſignationis. [m] Cum per nuptias, clericatus no-
men, & privilegia, niſi duobus caſibus clericus

*Permutare beneficia.*

*Vacatio per nuptias.*

a c. ad audientiam. ij. ubi Pa. de reſcrip. c. quamvis. de præb. in 6.
b Pau. c. ad audientiam.
c c. poſſeſſiones, xvj. q. 1.
d d. c. ex tuæ. & c. fin de cler. non reſid.
e c. fi. de reſc. in 6.
f d. c. poſſeſſiones, Gemi. & alii. d. c. quamvis.
g Gl. §. item quod univerſitates de col. in præ.
h c. fi de re. permu.
i d. c. quamvis.
k ca iij. c. diverſis de cleri. conjug.
l Card. cle. j. §. eadem d. ſup neg. Rip. c. ij. num. 128. de jud.
m Hiero. Gigas. ta. penſio. q. liiii.

amittat. [n] Et loco beneficii penſio ſubrogata
beneficii naturam ſapere debeat. [o] Præthereà po-
teſt ſola voluntate ut & alia quævis res propha-
na, dimitti penſio. [p] Tametſi beneficio, ſine
authoritate ſuperioris nemo cedat. [q] Denique
impetrans, licet de beneficio quantum licet mo- 5
dico, mentionem facere teneatur: [r] penſionem
tamen quæ beneficium non eſt, ſubticere pote-
rit, [ſ] niſi eſſet jure beneficii conſtituta, de per-
ſona in perſonam migrans. [t] (Cujuſmodi tamen
tranſlationes, niſi in patria obedientiæ, hoc eſt
in provincia provinciæ, Gallia non reci-
pit.) [u] Aut niſi eam penſionem clericus in vim
priorum literarum aſſequutus eſſet. [x] Potuiſſet
enim ejus expreſſio principem remorari, [y] &
cum haberet impetrans ex primis literis bene-
ficium, [z] ſi eis renuntiavit, quia per eum ſtetit
quominus haberet, cenſetur beneficium aſſe-
quutus. [a] Amplius ipſe puto, ubi impetrantur
literæ juſtitiæ, (quas alii in forma communi,
alii in forma pauperum, alii in forma cum ſe-
cundum vocant: [b] penſionem perpetuò expri-
mendam. Cum fundentur hæ litteræ, inopia
impetrantis: [c] quæ ex penſione ceſſat. Unde
potuit veriſimiliter Papa, ea expreſſa à con-
ceſſione retardari. [d] Tametſi in literis gratiæ,
quæ (cum ex mera principis liberalitate pro-
cedant) favorabiliores ſunt: [e] Jure verius exiſ-
timem, non teneri impetrantem penſionis
mentionem facere. [f] At verò uſus ſanctiſſimè
recepit, ut cum penſio ad vitam concedatur,
locoque beneficii plerunque ſuccedat ejus in
literis, impetrantem ſemper oporteat meminiſ-
ſe. [g] Eſt autem penſio de qua agimus, mode- 6
rata quædam portio, ex redditibus beneficii,
authoritate ſuperioris, ad tempus ſeparata, per

*Penſio an exprimenda.*

*Literæ juſtitiæ.*

*Literæ gratiæ.*

*Penſio quid.*

n c j. de cle. conju. in vj.
o l ſi eum. §. qui injuriarum. ff. ſi quis caut.
p Gl. & præpo. c. Agathoſa 27. q. 2.
q c. admonet. de renun.
r c. ſi proponente. de reſcr. c. ſi monu de præben. in 6.
ſ d. c. quamvis.
t Rota dec. ccx. in ant.
u Philip. prob. § d. item quod.
x d. c. ad audientiam.
y dicto c. poſtulaſti. de reſcript.
z l qui actionem. ff. de regu. jur.
a l. jure civili ff. de cond. & demon. Panor d. c. ad audientiam. iiii. not.
b Panor. d c poſtulaſti. col. ij.
c cap ſi pauper. de præben. in vi.
d c poſtulaſti.
e Frede conſi. lvi. Fran. d c. ſi pauper.
f d c. ad audientiam. & d. c. quamvis.
g Gl. reg. cancel. lxi. Gomeſ. in reg. de infir. reſig. q. xvi.

modum quantitatis, & cum cauſa alteri aſſignata. Quæ diffinitio, ad penſionem quinque
7 requiri demonſtrat. Modèratam imprimis portionem, ita ſcilicet, ut ea ſoluta ſatis ſuperſit fructuum, ad ſubminiſtranda Titulario Clerico neceſſaria, [h] juraque epiſcopalia perſolvenda. [i] Ne alioqui contingat, eccleſiam debitis ſervitiis defraudari. [k] Ergo ſi immenſe conſtituta fuerit penſio, ad quantitatem jure permiſſam reducenda erit. [l] Quæ videtur dimidia pars fruc-

*Penſionis moderata portio.*

8 tuum: [m] Licet in Gallia, ultra tertiam partem non recipiatur. [n] Etiam (ut nuper plærique licet reclamantibus reſpondi) Si penſionem, ſummus Pontifex motu proprio impoſuiſſet Quamvis enim ultronea hæc principis voluntas ſurreptionem tollat: [o] omnemque taciturnitatem purget: [p] nec quicquam tamen præter, aut contra veriſimilem principis voluntatem, operatur. Atque ideo non in præjudicium tertii nempè rectoris gravati, [r] cùm papa juri alterius quantumlibet modico, [ſ] derogare velle non præſumatur. [t] Et talis præſumitur papæ

*Motus proprius*

9 intentio, qualis de jure eſſe debet. [u] Rurſus ad penſionem exigimus authoritatem ſuperioris, [x] nempe ſummi Pontificis: (de quo ambigendum non eſt, cum in beneficiis pleniſſimam liberrimámque habeat poteſtatem: [y]) legati, Archiepiſcopi, aut etiam Epiſcopi, [z] cùm papa hanc facultatem peculiariter ſibi non reſervaverit. Et quamvis in hoc regno, non ab altero quàm ſummo pontifice, penſiones conſtitutæ recipiantur. [a] Addimus deinde ad tempus, quoniam non perpetuò ſeparatur penſio à beneficio, ſed ad vitam tantum penſionarii. [b] Cujus morte, ad inſtar uſusfructus, [c] extinguitur. Unde nec renuntiari poterit, niſi

*Penſio ad tempus non ſeparatur.*

h c. vacante in ſi. de præben. ſanor c. conquerente de cler. non reſid.
i c. de monachis de præben.
k c. ſuſcepti de præben. in extravag. Joan. xxvi.
l c. ſuggeſtum. de deci. c. quanto de cenſib.
m d. c. ſuſcepti. §. in illis verò.
n Rebuff. de pac. poſſeſ. nu. cxvi.
o c ſi motu de præben. in vi cle. ſi romanus. c. tit. & ubique doct.
p I cle. cap. ad aures, col. iiij de reſcrip.
q Gl. d. cle. ſi romanus.
r ſan. c. j. col. viiij. de jud. & d c. ad aures col. ij.
ſ Gl. c. cum olim. de conſue.
t c. ſuper eo. de offic. deleg.
u c. cauſam que & c. ſi quando. de reſcrip.
x c. niſi §. quia igitur. de prab cle j. § eadem de upi l. regli.
y c. ij. de præb. in vj cle. j. in fi. et lit. pend.
z c. nuper. verſi. pe. de ſenten. excom. gl. c. poſtulaſti. de cler excom.
a Rebuf. de pa. poſ. nume. cv.
b Doc d. c. ad audientiam de reſcrip.
c l. antiquas. C. de uſusfr. §. finitur. inſt. eo. tit.

Papa jus illam transferendi conceſſiſſet. [d] Nec-
tanquam vacans impetrari : licet in beneficiis
contra, [e] quæ renuntiantur, & cum vacant im-
petrantur, alterique conferuntur. Ideóque no- 10 *Penſio an per quantitatis modum imponatur.*
tius puto, quàm ut egeat probatione. Deſide-
ratur præterea ut per modum quantitatis, pe-
cuniæ numeratæ, puta frumenti, aut vini non
etiam per modum quotæ: ut detur ſcilicet ter-
tia, quarta, aut alia pars redditũum, fiat penſio-
nis conſtitutio. [f] Ne alioqui ſectio beneficii
inducatur, [g] niſi ſummi pontificis, (qui ut di- 11
ximus, ex ſui ipſius lege omnia poteſt) [h] au-
thoritate imponeretur. Cæterum, ipſe nulla
ratione confirmari eam ſententiam video.
Quando verum non ſit, ex conſtitutione quotæ *Beneficium quando dividatur.*
dividi beneficium. Quod tunc propriè ſcindi
dicitur, cum ex uno, duo efficiuntur. [k] Penſio
autem beneficium non eſt, [l] mortuóque penſio-
nario, uſuſfructus exemplo perimitur, ut dixi-
mus. Præterea cùm penſionis impoſitio non
niſi ex cauſa permittatur: [m] nihil pugnat: ſi-
quidem ſcindere beneficia quoque ob cauſam
liceat. [n] Cauſam autem in penſionis conſtitu-
tione, juſtam & honeſtam ſubeſſe oportet. [o] Ve- 12 *Cauſæ penſionis conſtituendæ.*
luti bonum pacis, [p] (qua ratione videmus, ex
cauſa ceſſionis, inter litigatores, aut reſigna-
tionis, penſiones quotidie reſervari.) inſigne
hominis erga eccleſiam meritum, [q] excellens
virtus, ſummaque doctrinæ peritia, [r] ſenectus,
ægritudo, debilitas, aut alia pia cauſa. [ſ] Quæ ſi
deſit, niſi à ſummo pontifice procedat, [t] ina-
nis eſt conſtitutio. [u] Multóque magis, ſi in
fraudem legis fiat rejicietur. [x] Sicuti ſi aſſigna- 13 *Penſio quando in fraudem cõſtituta.*
retur puero, aut alteri, beneficiorum incapaci.
[y] In fraudem autem penſionem conſtitutam
ſemper præſumam, ſi non de cauſa appareat:
[z] adeò

d Rot.deciſ.ccx.in Ant.

e c.ſanctorum.lxx di.c. j. de capel. mona.

f Joan. And c audivimus. col. iiij. de collu. dereg.

g c. majoribus. de præben.Fel.d.c ad audientiam. col. ij.

h d. c.ij de præb. in vj.

i c. vacante. c. majoribus. & c. cum cauſam de præbend.

k d c majoribus.& d.c. vacante.

l d. c. quamvis,de præben. in vj.

m Glo c. prohibemus. de cenſib.

n c.vacante,ubi Panor. gl d. c. majoribus.

o Cle. j. §. eadem. de ſupp neg. gl. d. c. prohibemus.

p c. niſi eſſent. de præben.

q c. per tuas. de don.

r c. de multa. de præbend. c. cum ex eo. de elec. in vj.

ſ c. poſſeſſiones.xvj.q j. Dec. conſi. 436.

t Fel. d. c. ad audientiam.

u d. c. j. gloſ. d. c. prohibemus.

x extirpendæ. §. ſi de præb.& d.c.audivimus.

y Pan. c conquerente,

[z] adeò quidem, ut Epiſcopo cauſam aſſerenti non creditur, [a] qui factum liberè facere non poſſit. [b] Sicuti nec patri creditur ( filio qui donavit ) teſtanti filii merita præceſſiſſe. [c] Cum autem omnis actus ex cauſa permiſſus, cauſæ ſuæ commenſurari debeat: [d] debet quoque penſio cauſæ reſpondere, ut non ex levi cauſa, gravis, & oneroſa, conſtituatur.

*Actus ſuæ cauſæ commenſurandus.*

de cler. non reſid.
z Archi. & Card. d. §. ii.
a Oldrad. conſ. ccxxvj.
b l. ſi forte, ubi Bart. ff. de caſt. pecul.
c Accurſ. & cæteri: in l. ſi donatione. C. de coll.
d c. relatum, verſ. licet. ij. d. teſta. l. magis puto. §. item prætor. ff. de tuto & curat.
e Oldrad. conſ. ccxxvj. col. iij.

SOLIER.

1 *Cum ſit quid temporale ſpiritualitatis nihil habens*) ſed nunquid penſio ſit annexa ſpirituali? affirmat Garc. part. 1. cap. 5. n. 10 quia prærequirit clericatum & in ejus redemptione inconſulto Papa committitur ſimonia Navarr. Conſil. 63. de ſimon. Azor. lib. 8. p. 2. cap. 5. q. 6. & cap. 7. quæſt. 3. negat Lotter. de re beneficiaria lib. 3. q. 29. à n. 78. nam ut quid annexum rei ſpirituali dici poſſit, requiritur ut ei ſit intimum & adeò permixtum ut ſeparari nequeat, ſed in ipſa vivat veluti forma in ſubjecto unius entis conſtitutivum, & cum ipſa pereat, ut videre eſt in jure pat. at penſio beneficio non permiſcetur, ſed tantum illi cohæret, in beneficio non recipitur, ſed in fructibus & beneficio per unionem, vel ſuppreſſionem extincto; ipſa ſuperſtes remanet. Cum autem pecunia redimitur, ſimonia non cadit in ipſa penſione, ſed in beneficio, quod hac via præſumitur venditum & ſic fuiſſe ab initio conventum. Idem tenet Gloſſ. Pragm. Sanctionis de collat. in verb. beneficiorum, quam Philippus Probus ibid. malè arguit.

5 *In literis impetrantem ſemper oporteat meminiſſe*) uſus de quo hic Coraſius in deſuetudinem abiit, & hodie penſio ex quavis cauſa reſervata in quibuſcumque literis im-

punċ reticetur. Quod tamen intelligendum eſt de penſione clerico ſeculari reſervata, ſecus autem ſi regulari, cui minima penſio cedit loco beneficii probus ad Joan. monach. cap. nemo deinceps, n. 31. de elect. & ad Gloſſ. pragmat. §. item quod univerſitates in verb. beneficiorum addit. 2. de collat.

9 *Quamvis in hoc regno non ab altero quam S. P. penſiones conſtitutæ recipiantur*, ) ſed nunquid ab ipſo rege aperta regalia conſtitui poſſint? affirmant Molin. ad regul. de infirmis reſig. n. 422. Paſtor de benefic. lib. 1. tit. 13. Brodell. ad Louetium, littera R. cap. 47. in princ. negant Rebuff. de pacific. poſſeſſ. n. 120. Louet. ad regul. de publicandis reſignat. n. 175. Fevret. de abuſu lib. 2. c. 5. n. 9. & hæc opinio verior, unde cum aperta regalia ſit permutatio coram rege retenta penſione, rex collationes peragit & quoad penſionem creandam partes ad Papam remittit; ſed quicquid ſit de rege, certum eſt Epiſcopos poſſe etiam in Gallia penſionem reſervare poſſeſſori renuncianti ad effectum unionis, Molin. ad regul. de public. n. 175. Fevret. dicto cap. 5. n. 5.

## DE BENEFICIIS CURATIS, SIMPLICIBUS, electivis, collativis, regularibus, ſecularibus, aliiſque ſpeciebus beneficiorum.

### SUMMÆ RERUM.

1 *Beneficium curatum, & ſimplex.*

2 *Beneficia duo, etiam ſimplicia, nemo tenet.*

3 *Beneficii verbo quando curatum veniat.*

4 *Diſpenſationes reſtringendæ.*
5 *Regularia, & ſecularia beneficia.*
6 *Beneficia jure communi ſecularia.*
7 *Regularia regularibus.*
8 *Electiva & collativa beneficia.*
9 *Dignitates electiva.*

## CAPUT V.

1 NUnc videndum, quotuplex ſit beneficium? & ſumma beneficiorum diviſio hæc eſt, quia quædam ſimplicia ſunt, quæ qui poſſident, non alterius quam ſui curam habent. [a] Alia duplicia, quæ alio nomine curata dicuntur, hoc eſt curam animarum habentia: [b] qualia ſunt quæ parochias habent. [c] Cura enim tunc dicitur ineſſe beneficio, cùm clericus ei præfectus, adminiſtrationi ſacramentorum obſtringitur. [d] Cum po-

*Curatum beneficium*

2 teſtate ligandi, atque ſolvendi, [e] quod ſoli convenit ſacerdoti. [f] Omnia autem ſive curata, [g] ſive ſimplicia, [h] etiam modici valoris, [i] reſidentiam requirunt. [k] Unde nec quidem duo ſimplicia, citra diſpenſationem poſſunt obtineri. Propter (ut inquiunt) impoſſibilitatem utrobique deſerviendi. [l] Sed nec cum ſummi Pontificis diſpenſatione, ſi cauſa non ſubſiſtat. [m] Appellatione verò beneficii, ſi laxio-

*Reſidentiam quodcumque beneficium requirit.*

3 rem ſequamur ſignificationem, eccleſiaſtica omnia comprehendemus beneficia. [n] Majora, ut quaſcumque dignitates, [o] nec tantum epiſcopatus, [p] ſed etiam Papatum. [q] Minora item duplicia, & ſimplicia, [r] quantumcumque modica. [ſ] Unde vicarius epiſcopi, cui ſpecialiter beneficiorum collatio commiſſa eſt, curata &

*Beneficii verbo quæ veniant*

4 dignitates quaſcunque, conferre poterit. [t] Similiterque procurator ad acceptandum beneficia conſtitutus, & curata, & dignitates, acceptabit. [u] In materia tamen (ut vocant)

*Diſpenſationis materia odioſa.*

a c. fin. de præbend.
b c. dudum eccleſia de elect. & c. de multa. ubi Panor. col. pen. de præbend.
c execrabilis in fin. de præb. in extravagant. Joan. xxii.
d Gloſ. clem. dudum §. ſtatuimus de ſepult.
e Innoc. c. cum ſatis de offic. Archid.
f c. omnis de pœni. c. in novo. xxi. diſtin. Dec. c. ad aures de reſcript.
g c. ij. c. quia nonnulli. c. ex tuę: & c. fin. de cle. non reſid.
h c. ſuper inordinata. de præbend.
i c. conquerente de cle. non reſid.
k Gloſ. § nam eccleſiarum. l. in pr. α pragm.
l c. ij. de offic. vicar.
m Gl. & doct. c. dudum. ij de elect. Panor. cap. cum adeò de reſcript.
n c. ii de præb. in vi. gl. c. de reg. jur. eod. lib.
o Gl. clem. auditor. de reſcript.
p c. veritatis de dolo & contum.
q c. j. de maled.
r Gl. c. j de rei permut. in vj. & in clemen. j. de cauſa poſſ.
ſ Gl. clem. ſi de off. ord.
t Rot. dec. ccccxxxvii. in Ant.
u Gemi. c. fin. in fin. de offic. vicar. in vj.

ſtrictà, ſicuti in literis ad beneficia, [x] & diſ-
penſationibus, [y] beneficii verbo, non venit
curatum, [z] niſi fortè eadem eſſet ratio. [a] Sed
nec præbenda, canonico conferri ſolita, con-
tinetur. [b] Niſi alia non extarent beneficia
ſimplicia, [c] túmque ne gratia principis eluſoria
reddatur. [d] Beneficiorum item quædam ſecu- 5
laria ſunt, hoc eſt ſolita clericis ſecularibus aſ-
ſignari, [e] Cujuſmodi ſunt omnia jure com-
muni: cum primarius ſacerdotiorum ſtatus ſit
ſecularis. [f] Quædam verò regularia, quæ ex
fundatione per religioſos regi debent, aut ſolita 6
ſunt regi. [g] Ut abbatia regularis, [h] monacha-
tus, [i] prioratus conventualis, [k] clauſtraliſque.
[l] Et canonia regularis, ut auxitana. [m] Quo-
niam autem indecens eſt diſparis profeſſionis
homines, eccleſiis præficere: [n] regularia, re-
gularibus: ſecularia, ſecularibus conferenda
ſunt. [o] Niſi urgeat neceſſitas, quia puta ido- 7
nei non reperiantur. [p] Aut evidens ſubſit uti-
litas, veluti favor prædicationis qui efficit, ut
Monachus aptus concionator, parochiæ ſe-
culari, jure præficiatur. [q] Deinde beneficio-
rum, alia ſunt collativa: quæ collatione, aut
alio quàm electionis modo obtinentur. Aut 8
per electionem quæruntur, quæ non indiget
confirmatione. [r] Alia electiva, in quibus
proceditur via electionis ſuperioris confirma-
tionem exigentis, [ſ] aut inſtallationem, quæ
loco confirmationis adjicitur, [t] quæ ideo ſub
præventionibus Papæ, [u] aut mandatis de pro-
videndo: [x] non cadunt. Etiam ſi nullus modus
exprimatur. Quia ſimpliciter mandetur pro-
videri, de beneficio vacaturo. [y] Nec ab his 9
abhorret Innocent. vi. ſententia, dicentis, elec-
tivas dignitates eas duntaxat dici, in quarum

*Regularia & ſecularia beneficia.*

*Prædicationis favor.*

*Collativa beneficia.*

*Electiva.*

*Dignitates electivæ.*

x c. quamvis de prę̄b. in vj.
y cap. j § fin. de fil. preſbyt. in vj.
z c. fin. de præb. c. cum in illis, in princ. eod. tit. in vj.
a Dec. in rubric. de reſcript. in fin.
b Panorm. c. poſtulaſti, col. ij. eod. tit.
c Archid. c. alienationes. xij. q. ij.
d c. ſi Papa de privil. in vj. Felyn. late, d. c. poſtulaſti. col. vij.
e Clem. unic. de ſuppl. negli. prælat.
f Rot. deciſ. xxxij in no.
g c. cum de benefic. de prę̄b. in vj & d. cle. unic.
h c cum ad monaſt. de ſtat. monach.
i Gl. clem. fin. de jud.
k Cle. ij. de reſcript. cl. j. § cęterũ de ſtat mon.
l d. c. cum ad monaſter.
m c. avaritiæ de prę̄b. c. quod Dei de ſtat. monac. gloſ d. Clem. fin.
n Clem. j. de elect.
o c. cum de beneficio, de præb. in vj.
p c. inter. de reli. do.
q d. c. quod Dei. glo. c. in parochia. xvj. q. j.
r Gl. clem. quia contingit. §. ut autem de relig. domib.
ſ §. monaſteriis de reg. ad præl. no. in concord. gloſ §. quibus. de elect. in prag.
t Oldr. conſil. cxlvj. Felyn c. cum Bertold. col. ij. de re judic.
u c. j. §. nec etiam de collat. in pragm. late Boët. deciſ. ij.
x c. cum in illis. §. illis verò de præb. in vj. cle. j. §. fin. eod. tit.
y Dec. c. j. in princip. de electio.

electione ſervatur forma ab Innocentio tertio data,[z] vel per cujus vacationem Eccleſia dicitur viduata paſtore.[a] Sunt & quædam beneficia mixta,[b] & ea dicuntur, quæ ex electione, & collatione, participant: ut ea in quibus eligentes conferunt eligendo, ſuperioris confirmatione non deſiderata.[c] Aut in quibus per præſentationem, & inſtitutionem, proceditur.[d]

*Mixta beneficia.*

z In cap. quia propter de elect.

a Refert Fel. n. c. in noſtra. xxxij. coll. de reſcr.

b §. j. in prore. concordant.

c Rebuff. in d. §. j.

d Joan. Ayma. d. §. j.

## SOLIER.

1 *Alia duplicia*) quæ ſubdividuntur in majora, media, & infima, majora ſunt Papatus, Cardinalatus, Patriarchatus, Primatus, Archiepiſcopatus, Epiſcopatus, Abbatiæ, & Prioratus Conventuales. Media ſunt Archidiaconatus, Archipresbyteratus, Decanatus, & ſimiles dignitates, perſonatus, & officia. Infima ſunt beneficia curata, reliqua verò ſimplicia dicuntur, quales ſunt omnes Canonicatus etiam Eccleſiæ cathedralis, nullam aliam qualitatem habentes, præter chori aſſiſtentiam & altaris ſervitium, Petrus de Murga de benefic. q. 2. art. 2. & 3.

2 *Simplicia etiam modici valoris reſidentiam requirunt*) omnia beneficia ſimplicia de jure reſidentiam requirunt Innoc. in cap. fun. de cleric. non reſid. Gloſſ. in extravag. execrabilis in verb. Eccleſiaſtica de præb. & alii omnes, ſed ex generali conſuetudine beneficia hujuſmodi cujuſcumque ſint redditus reſidentiam non exigunt Rebuff. in praxi tit. diſpenſatio de non reſidendo n. 8. Hoieda de incompat. benef. cap. 17. n. 25. niſi ſint ſervitoria, vel in fundatione aliud caveatur.

2 *Sed nec cum ſummi Pontificis diſpenſatione ſi cauſa non ſubſiſtat*) niſi Papa ex juſ;

ta cauſa diſpenſet peccat; nec diſpenſatio prodeſt, ut notatur in cap. non eſt, de voto. Quod verum eſt quando diſpenſat contra votum ſine cauſa, vel contra Evangelium, vel contra generalem ſtatum Eccleſiæ: ſecus ubi ſolummodo diſpenſaret contra jus poſitivum, quia in diſpenſatione hujuſmodi, ſufficit ſola voluntas diſpenſandis etiam ſine cauſa: quia de jure poteſt ſupra jus diſpenſare, ut cap. propoſuit de conceſſ. præb. quia ipſe aſſumptus eſt in plenitudinem poteſtatis, nec legibus eſt aſtrictus nec ſtatuto & concilio ſui prædeceſſoris, ut legitur & notatur in cap. ult. de capel. monach. & cap. poſt tranſlationem, de renuntiat. in fine; cum autem reſidentia maximè in beneficiis ſimplicibus ſit de jure poſitivo conſequens eſt ut Papa poſſit etiam, ſine cauſa ſuper ea diſpenſare.

6 *Regularia regularibus, ſecularia ſecularibus conferenda ſunt*) Fallit hæc regula 1. in beneficiis regularibus, cura, & adminiſtratione carentibus, iſta enim ordinarii collatores conferre poſſunt etiam ſecularibus; qui habitum omnino ſuſcipiant, & profeſſionem emittere teneantur, ex diſpoſitione Concilii Trid. ſeſſ. 14. cap. 10. ſecus eſt de beneficiis quæ curam habent & adminiſtrationem annexam: hæc enim, ſive Abbatiæ ſint, ſive Prioratus, ſolis profeſſis conferri debent, cap. nullus de elect. in 6. cap. officii. cap. cum in magiſtrum de elect. Clem. 1. §. ad prioratus de regularib. Petrus de Murga de benefic. q. 3. ſub ſect. 1. n. 913. 2. Fallit in novitiis, qui licet veri religioſi non ſint, illis tamen beneficia regularia curam non habentia, vel adminiſtrationem rectè conferuntur, ut dictum eſt, ea lege, ut veſtiri & pro-

fiteri teneantur, & nihilominus ſecularia pendente probatione acceptare poſſunt; quia adhuc ſui juris ſunt, Gloſſ. in cap. beneficium de regular. in 6. affirmat de beneficio regulari; negat de ſeculari. Francus verò & Geminianus Gloſſ. in utroque adverſantur, affirmativam utrobique tenent Garc. de benefic. p. 7. cap. 10. n. 6. & 8. & Petrus de Murga d. q. 3. ſect. 16. à n. 902. 3. Non procedit regula in Epiſcopatu de quo licet ſit beneficium ſeculare, cap fælicis §. quod ſi quis, de pœnis in 6. & cap. Cleros §. Epiſcopis, diſt. 21. poteſt regularis provideri, cap. 1. 18. q. 1. cap.quorundam, cap. ſi religioſus, cap. nullus. de elect.in 6. 4. Ceſſat regula reſpectu Eccleſiarum Parrochialium ad quas attento jure communi promoveri poſſunt cœnobitæ, ut vult auctor per cap. quod Dei timorem de ſtatu monach. quod tamen de ſolis canonicis regularibus loquitur, ut poſſint habere Parrochiales ſeculares; monachis autem prohibetur, cap.monachi eod.tit. licet antea videretur permiſſum, ut in cap. Parrochia 16. q. 1. Garc. p. 7. cap. 10. à n. 20 vide Thomaſſin. tom. 2. p. 4. lib. 1. cap. 51. 5. Officium ſuum perdit regula in caſu neceſſitatis, deficientibus idoneis, ut ſubdit auctor, fallit ultimò in militibus regularis militiæ, non emittentibus omnia tria vota ſubſtantialia ut ſunt milites ſancti Jacobi & ſimiles, hi enim non ſunt incapaces ſecularium curatorum & ſimplicium neque etiam penſionum, Petrus de Murga de benefic. q. 3. ſub ſect. 2. n. 942.

# DE BENEFICIIS DATIS IN TITULUM, & in commendam.

## SUMMÆ RERUM.

1 *Titulus quid.*
2 *Titulus coloratus.*
3 *Commendari quando dicatur beneficium.*
4 *Commenda quomodo fiat.*
5 *Commenda non eſt titulus.*
6 *Commendis hodie quomodo utamur.*
7 *Commenda eſt hodie titulus.*
8 *Commendatarii quid poſsint.*
9 *Procurator in rem ſuam non revocatur.*
10 *Gallorum de commendis uſus.*
11 *Aſſicitur beneficium tripliciter.*
12 *Galli ſoli pragmaticam receperunt.*

## CAPUT VI.

POSTREMO beneficia quædam 1
in titulum dantur, quædam in *Titulus.*
commendam. [a] Titulum hîc ac-
cipi volo, pro quolibet modo
obtinendi beneficia, lege non
improbato. [b] Cui ſi vitii nihil objici poteſt,
juſtus & verus appellabitur. Alioqui cum fi- 2
guram tantum, & colorem tituli habeat: co- *Titulus coloratus.*
loratus dicetur. [c] Quod generaliter contingit,
cum titulus ab eo proceſſit, qui diſponendi
poteſtatem habebat, defectu tamen recipien- 3
tis, aut alia ratione, injuſtus redditur. [d] In *Commenda quando beneficium dicatur.*
commendam verò conceditur beneficium,
cum Romanus Pontifex, Legatus, aut Epiſ-
copus, (neque enim inferioribus qui ex pri-
vilegio, aut alio jure ſpeciali conferunt,
[e] conceſſum eſt.) [f] Eccleſiæ vacantis cuſto- 4
diam, alicui committit, adminiſtratorem ge- *Commendare.*
neralem ejus templi illum conſtituens. [g] Com-
mendare

a c. dudum eccleſia ij. de elect. c. qui plures. xxj. q. j.

b Gl. § j. de pa. poſſ. in prag.

c d. §. j. l. fin. c. mand. doctor. c. cum noſtris de conceſ. præbend.

d Gloſ. d. § j. Guid. pap. q. lxxxv. Imol. in c. propoſuit de conceſ. præb.

e c. omnes baſilicę. xvj. q. vij.

f Geminia. c. nemo de elect. in vj.

mendare enim aliud eſt nihil, quàm depone-
re. [h] Hoc autem ad tempus ſex menſium, &
pro evidenti neceſſitate, aut utilitate eccleſiæ,
5 lex permittit. [i] Quare commendatarius, qui
eccleſiæ vacantis, & fructuum, ad tempus
dumtaxat cuſtodiam habet: [k] nec tenere be-
neficium, [l] júſve habere in beneficio, aut
canonicum titulum, [m] cenſebitur. Uti nec
depoſitarius, in re depoſita. [n] Idéoque aliud
beneficium cum cura, in titulum jure habere
poterit, [o] ad nutúmque ipſe removeri. [p] Nec
fructus ſuos faciet, [q] quorum totiúſque admi-
niſtrationis eum reddere rationem oportebit.
[r] Nec poterit etiam permutare, [ſ] niſi authoran-
te eo, qui commendavit, [t] apud quem non apud
commandatarium, cenſetur eſſe beneficium.
[u] Nec per commendatarii mortem vacabit be-
neficium. [x] Sed ceſſante commenda, eo modo
quo prius. [y] Nec cogi poterit, profeſſionem fa-
cere, beneficium regulare in commendam ha-
bens, ad quod Titularius cogeretur. [z] Hodie
6 commendis aliter utimur; neque enim ad tem-
pus, aut pro utilitate eccleſiæ, ſed perpe-
tuò, & pro utilitate perſonæ conceduntur:
[a] modo nimirum excogitato, quo clerici hoc
prætextu, fructibus eccleſiæ perditè luxurien-
tur. Ergo cum hodie commenda ad inſtar
7 beneficii Titulati, ſit perpetua: [b] legitimus, &
canonicus titulus, cenſeri debet. [c] Unde per-
mutari cum beneficio intitulato poterit, [d] ſub
gratia ad beneficia vacatura includetur, [e] erít-
que cum alia incompatibilis, ſi utraque de be-
neficio curato exiſtat. [f] De ea tenebitur im-
petrans facere mentionem, [g] vacabit benefi-
cium per mortem commendatarii, [h] qui ſicut
titularius, ad plures annos fructus beneficii

*Commenda quando vacet.*

*Commendarum modernus uſus.*

*Commenda eſt titulus.*

g d. c. nemo de elect. in vj. c. cum nobis in fi. eo. tit. in Ant.
h l. publii s. ff. de poſit. l. commendare. ff. de verbo ſignifi.
i de c. nemo.
k d. c. cum nobis in fin. gl. d. §. j. de pa. poſſ.
l Rot. decif. ccxliij. in Ant.
m Gl. d. c. nemo & d. c. qui plures.
n l. licet §. fin. ff. depoſi. Ang. conſi. xxxv.
o d. c. dudum & d. c. qui plures.
p l. j. § ſi ſic. ff. depoſit. c. j de cap. mon. glo. c. ſi conſiterit de accuſat.
q Gl. & alii d. c. nemo.
r c. placuit. x. q. iij. Archid. c. is cui de elect. in vj.
ſ c. j. ibi ſua beneficia de re. permut. in vj.
t Panor. c. cum olim de re. permut.
u Rot. d. decif. ccxliij.
x c. obitum & c. catinenſis. lxj. diſt.
y Gl. cle. j. ut lit. pen. Deci. conſi. cxlix.
z Caſſiodo. in regu. cancell. decif. xxxij.
a Roman. conſil. cccl. coll. ij.
b c. j. de cap. mona. in vj c. ſanctorum. lxx. diſt.
c Gl. c. licet de elect. in prog. & d c. nemo Gomeſ. latè. in reg. de triennali poſſeſſore.
d c. fin. ubi Imol. de rerum permuta.
e Soci. conſil. xxxij. coll. vj.
f Gomeſ. d reg. de triennali.
g Regu. conſi. xlj. Bert. conſi. ccxxxv. vol. iij.

ſui locare poterit. [i] Nam & eorum diſpoſitio-
nem ne dicam diſſipationem , vel ex Bullæ
verbis liberam omnino habet. [k] Unde cum 8
beneficiorum collatio, inter fructus reperia-
tur: [l] beneficia commendatarius confert. Ei-
démque ex Bonifacii octavi conſtitutione,
cauſæ ſedis Apoſtolicæ committentur. [m] In
eundémque facta delegatio ſub nomine digni-
tatis, tranſibit, [n] nec poterit, niſi ex cauſa
[o] removeri. [p] Cenſetur enim procurator in rem 9
ſuam, qui cùm domino præferatur, [q] non
poteſt revocari. [r] Quæ omnia præſertim apud 10
Gallos obtinent: qui prorſus exploratum ha-
bent commendam in omnibus, & per omnia,
vim tituli obtinere. [ſ] Ut ſine controverſia ve-
rum ſit, commendatariis, ſicuti titulariis, no-
minationes ab univerſitatibus dirigi poſſe.
[t] Ad hæc verò notandum, ſicuti reſervatio- 11
ne, [u] & litigio, [x] ita commenda affici bene-
ficium, & reſervari. [y] Ut non ab alio, quàm à
ſummo Pontifice, conferri poſſit, quod Ber-
trandus Carpentoratenſis pluribus noviſſimè
comprobavit. [z] Sed cum decreto Baſilienſi,
(quod ſola Gallia recepit) reſervationes aboli- 12
tæ ſint, [a] cui fraus fieri poſſet, ſi per commen-
dam beneficium reſervaretur, ubi Papa non
provideret de beneficiis in titulum, ſed illa
commendaret: [b] crederem, apud Gallos, ſi-
cuti nec reſervatione expreſſa ita nec com-
menda, affici beneficium. quod & Moderni
quidem annotarunt.

*Commendatarius quid poſſit.*

*Gallorum de commendis uſus.*

*Gallia ſola recepit pragmaticam.*

## SOLIER.

4 *Hoc autem ad tempus ſex menſium*, &c.
commendæ ad ſex menſes in Eccleſiis cura-
tis, quæ fieri poterant ab ordinariis, cap. ne-
mo deinceps, de elect. in 6. amplius poſt

h Rot. deciſ. ccxliij. in Ant.
i Cald. conſil. 8. titu. de loc.
k Card. c. cum autem lxiiij. diſt.
l Gl. c. cum olim. de majo. & obe. & in c. cum Bertol. de re. jud.
m Barb. conſi. ij. vol. ij.
n De. c. quoniam Abbas. de offic. dele.
o c. monachi in fin. de ſta. mona. c. inventum. xvj q. vij.
p Roma. conſil. cccl.
q l. procuratore. ff. de procura.
r Accur. l. ſicut. §. ſi procurator. ff. qui. mo. pi. ſol.
ſ Rebuff. latè in tra. de pacif. poſſ. num. xxxv. cum ſeq.
t Rebuff. trac. no. q. 8.
u c. ut noſtrum de app. c. ſi eo tempore. de reſcr. in vj.
x c. j. & ij. ut lit. pend. in vj.
y Roma d. c. conſi. ccl.
z Bertr. conſil. ccxxxv. volu. iij.
a §. j. de reſerv. in pre.
b Glo. c. licet. de elect. in prag.
c Phil. prob. in addi. ad Io. mona. c. præſenti col. xiiij. de of. leg. in vj.

Concilium locum non habent cum debeant in eis deputari Vicarii ad formam, cap. 18. ſeſſ. 24. ut ſacra Congregatio cenſuit, teſte Fagnano in cap. dudum *le ſecond*, de elect. n. 44. poterit tamen obtinens unam Eccleſiam Cathedralem in titulum, habere aliam in commendam ad tempus, vel eſſe illius procurator ad præſcriptum, cap. cum nobis olim 21. q. 1. quia hoc non fuit immutatum, & ita cap. relatio, & cap. ſeq. d. q. 1. remanent in ſuo robore Fagnan. ibid. n. 40.

7 *Eritque cum alia incompatibilis* tamen de jure communi commenda non inducit incompatibilitatem, d. cap. Dudum 2. de elect. ideoque ante Concilium habens beneficium curatum, in commendam, poterat aliud in titulum obtinere, abſque diſpenſatione Apoſtolica, Rebuff. de pacific. poſſeſſ. n. 59. in impreſſis in folio, ſed ſecus poſt Concilium, ſeſſ. 7. cap. 4.

## DE NON CONFERENDO VIVENTIS beneficio.

### SUMMÆ RERUM.

1. *Papa jus tribuit ad vacatura.*
2 *Vxorem ducens vivente ejus marito.*
3 *Collegio beneficium nec dum vacans confertur.*
4 *Recepto in canonicum, prabenda promittitur.*
5 *Coadjutor quando dari poſſit.*
6 *Beneficium vacans promitti poteſt.*
7 *Beneficium nondum ſepulto clerico an conferatur.*
8 *Tempus providendi de beneficio.*

## CAPUT VII.

PORRO autem, neque in commendam, neque in titulum, po- 1
teſt beneficium nondum vacans, (præterquam à ſummo Pontifice, qui ex plenitudine poteſtatis jus tribuit ad vacatura) [a] certæ perſonæ conferri, promittive. [b] Ne improbè nimis alienæ mortis captandæ occaſionem præbeamus. [c] Adeò quidem ut non confirmetur ſequenti vacatione collatio. [d] Quod enim principio nullum eſt, poſtfacto non convaleſcit. [e] Clericus verò, qui ſcienter viventis beneficium impetrat, adulter, infamis, [f] fur, & latro, [g] habetur, deponíque debet, [h] & à communione Eccleſiaſtica repelli. [i] Perpetuò privatus poteſtate, idem obtinendi beneficium. [k] Quemadmo- 2
dum enim (inquiunt) ducere eam uxorem nemo poteſt, cum qua vivente marito contraxit, [l] ita nec beneficium conſequi, quod adulterina fœditate, ſponſo verò vivente, inquinare auſus eſt. [m] Falſa ſanè ratio, cùm nemo eam in uxorem habere prohibeatur, cum qua vivente marito contraxerat de facto, non ſequuta copula carnali. [n] An verò illæ pœnæ, [o] in impetrante viventis beneficium ignoranter, locum habeant? Diſputat pulchre 3
Dec. [p] Cùm autem improbabile votum captandæ mortis, veriſimiliter in collegio ceſſet: quando ſoleant negligi, quæ communiter poſſidentur. [q] Et nemini datum cenſeatur, quod univerſitati conceditur. [r] Viventis benefi-
cium, conferri poſſe, proditum eſt. [ſ] Re- 4
cepto quoque, in Canonicum præbenda promiſſa debetur, [t] ſi non in vim promiſſionis, ob

*Beneficium viventis non confertur.*

*Papa dat jus ad vacatura.*

*Vxorem marito vivente ducens.*

*Collegio beneficium nondum vacans confertur.*

*Recepto debetur præbenda.*

a c. propoſuit de conc. præb. c. ij. de præben. in vj.
b ca. j. ij. iij. & cap. poſt electionem de conceſſ. præbend.
c c. ij. & iij. eod. tit. in vj.
d c. auditis de ele. Panor. c. relatum de conceſſ. præben.
e l. quod initio. ff. de reg. jur.
f c. audivimus. iij. q. ij.
g c. non furem. vij. q. j.
h c. imprimis. ij. q. j.
i c. j. de concel. præb.
k Panor. & alii dict. c. j.
l c. ſi. de eo. qui dux. in matrimo.
m c. ſicut. vij. q. j. & d. c. audivimus.
n d. c. fin.
o Dicto. c. j.
p Dec. conſi. cccxcviij.
q l. ij. C. quando & quib. lib. xij. C.
r l. ſed ſi hoc. §. ſi verò. xij. q. ij.
ſ c. cum veniſſet ubi gl. & Panor. de reſtit. ſpo.
t c. relatum de præben.

cauſam ſalte receptionis, [u] quod indecens ſit aſcitum in Canonicum, carere præbenda. [x] Beneficium præterea quod vacat de jure, licet, non de facto, rectè confertur. [y] Veluti propter malos mores, [z] inſufficientiam, [a] aut aliam indignitatem [b] clerici. Idémque nonnulli putant, [c] ſi clericus tam valetudinarius ſit, aut decrepitus, ut nullo Eccleſiæ uſui eſſe poſſit. Quod factitatum olim à Venetis, de Franciſco Foſcarino eorum Duce legimus. [d] Sed hoc ego iniquitatis plenum judico, [e] magiſque cenſeo, ei dandum coadjutorem, [f] qui non ſua culpa, ſed vel ætatis, vel valetudinis in fœlicitate, inutilis factus ſit. At verò cum omnimodo vacat beneficium, rectè promitti poteſt, [g] & promiſſum debetur, licet affectum non ſit. [h] Quippè poteſt ordinarius illud alteri nihilominus conferre. [i] Matrimonii exemplo jure ſumpto, [k] quod conſiſtit & legitimum eſt, tametſi [l] ſponſalia atque adeò jurata, cum alio præceſſerint. Conferri autem poteſt beneficium, ſimulatque clericus mortuus eſt. [m] Ab ordinario, etiam ignorante mortem, & ſub conditione ſi vacat. [n] Nondum etiam (ut plerique omnes opinantur:) humato aut ſepulto corpore. [o] quam ipſe ſententiam, & honeſtari & Pontificiis conſtitutionibus repugnantem, [p] recipiendam nunquam cenſui. Providere tamen debent ii ad quos ea res pertinet, de beneficio intra ſex menſes [q] ab hora mortis cognita: [r] aut à tempore ſcientiæ numerandos. [ſ] Niſi cathedralis ſit, id eſt Epiſcopalis, [t] vel regularis Eccleſia: quæ ob impendens majus periculum, ultra tres menſes prælato vacare non debet. [u] Alioqui his omni-

*Franciſcus Foſcarinus*

5 *Coadjutor quãdo dari debeat*

6 *Beneficium vacans promitti poteſt.*

7 *Sepultura mortui clerici an expectanda.*

8 *Tempus intra quod conferri debet beneficium.*

u Gl. c. ij. de conceſ. præben. in vj.
x c. cum ſuper de conceſ. præb. d. c. relatum.
y c. licet. ij de præb in vj. c. j. § ſacri. de homicid. eo lib.
z c j de offic. cuſto. c. ſi quis abbas xviij. q j.
a c. ſi. de æta. & qual c. licet hely. ubi Inno. de ſimo.
b c. cum ex injuncto. in ſin. de hæret.
c Bal. l. poſt ſuſceptam, ff. de excuſ. tutor.
d Firmian. tract. de epiſcop. lib. j.
e c. ſcripſi. c. ſicut. vij. q j
f cap. ex parte de cleri. ægro. c. grandi de ſup. negli. in vj. c petiſti. vij. q. j.
g c. nulla ibi antequam vacent, de conceſ. præb.
h c. ſi ſoli eod. tit in vj. Gemin. cap ij illo tit.
i Pan. d. c. nulla. iij. not.
k cap. inter de tranſlat. Epiſcop.
l c. ſicut de ſponſalib.
m c. Epiſcopus. j. in ſin. viij. q j.
n Gloſ & Doctor. c. ij. de elect. in vj.
o Gloſ. & Panor. c bonæ ij. in fin. de elect.
p d. c. bonæ in fin. & c. nullus. lxxix. diſt.
q d. c. nulla.
r Gl. c. poſtquam. 50. diſt.
ſ c. quia diverſitatem. in ſi de conceſ. præb.
t Archid. c. ſtatutum. ad prin. de reſcrip. in vj.
u c. ne pro defectu. de elect. c. obeuntibus. lxiij. diſt. & d c poſtquam.

bus caſibus ad ſuperiores gradatim ſit devolutio. [x]

x c. licet. de ſupp. negl. præ. & d. c. nulla in fi.

## SOLIER.

2 *Falſa ſanè ratio*, imò vera, & pulchra paritas, nam ſicut is non poteſt uxorem habere eam, cum qua vivente marito contraxit, eamque polluit per adulterium, cap. relatum 31. q. 1. ita qui impetrat Eccleſiam viventis, quia cum illa contrahere intelligitur & adulterare, cap. audivimus 3. q. 2. illam mortuo ſponſo ducere non poterit.

2 *An verò illæ pœnæ in impetrante beneficium viventis ignoranter, locum habeant.* Impetrans beneficium viventis nec conſentientis per obitum, etiam ignoranter, ſupina tamen ignorantia ſit inhabilis ad impetrandum per obitum, ſive ab ordinario, ſive à Papa, Panorm. in cap. 1. de conceſſ. præb. & in cap. poſt electionem notabili 4. eod. Gomeſ. ad regul. de impetrand. benef. viventis, q.3. Molin. ad regul. de public. n. 214. alias non ſit inhabilis niſi pro hac vice, ubi poſtea vellet de novo impetrare per verum obitum, nec alias pœnas incurrit, Gomeſ. & Molin. ibid.

4 *Viventis beneficium conferri poſſe proditum eſt*, pro fundamento hujus dicti auctor noſter allegat cap. cum veniſſent, de reſtit. ſpoliat, ſed certè ibi conceditur Eccleſia capitulo & Canonicis, non in titulum, ſed in proprios uſus ut dicitur in litera, unde inferri non poteſt quod beneficium viventis licitè conferri poſſit tum quia beneficium poteſt quidem uniri collegio etiam vivente, & non vocato rectore Clem. ult. de rebus Eccl. non alien. Rebuff. in praxi tit. de unionib. Gloſſ. 11. n. 8. vel ad proprios uſus concedi, ſed non in titulum conferri.

Unio & conceſſio jure permittitur collatio verò prohibetur in tantum, ut ſimplex promiſſio capituli etiam recepto in Canonicum, de conferenda ſibi præbenda primò vacatura, ſit illicita, & nulla, cap. 2. de conceſſ. præb. in *6.*

7 *Nondum etiam ut plerique omnes opinantur humato aut ſepulto corpore*, Hoc improbat auctor, & improbarunt Hoſtienſis, Vincent. & alii contra Gloſſ. in cap. bonæ memoriæ 2. ab auctore laudato de elect. juxta textum dicti capituli, & cap. nullus diſt. 79. ſed Innocentius Compoſtel. Joan. Andreas, & alii communiter ſequuti ſunt opinionem Gloſſ. in eodem cap. bonæ memoriæ. Item Archidiaconus in cap. ſi electio, de elect. in *6.* n. 3. ubi tradunt, illos textus non ſervari, quia cum prælatus, ſit maritus & Eccleſia uxor, cap. inter corporalia de tranſlat. Epiſc. cap. audivimus 21. q. 2. ſicut eo mortuo ſoluta eſt à lege ejus cap. ſicut alterius 7. q. 1. & poteſt nubere cui vult, dum tamen in Domino, ergo poteſt ſibi eligere prælatum cum quo contrahat, licet inquit Panormitanus honeſtum ſit, ut ſpectetur prius ſepultura prælati, ſicut uxor mortuo viro carnali honeſtius abſtinet à ſecundis nuptiis intra annum luctus; ſi tamen prius contrahat matrimonium valet, cap. penult. & ult. de ſecund. nupt. à fortiori valebit collatio beneficii inferioris facta rectore defuncto, & nondum tradito ſepulturæ cùm iſti rectores non dicantur propriè contrahere matrimonium ſpirituale, ut notatur in cap. quia propter de elect. Adde quod à die mortis prælati, currit electoribus tempus eligendi, Gloſſ. in cap. poſtquam diſt. 50. ergo ſtatim eligere poſſunt, alias tempus eis curreret à die ſeu, ut

ait Joan. Andreas ab hora mortis, & tamen ab illa hora non poſſent eligere, quod eſt abſurdum, & hæc eſt forma judicandi maximè in Senatu Toloſano.

## DE VACATIONE PER MORTEM, & ſimplicem renunciationem.

### SUMMÆ RERUM.

1 *Vacatio beneficii multiplex.*
2 *Vacationis modus, expreſſus, cæteros excludit.*
3 *Morte quandoque non vacat beneficium.*
4 *Beneficium de menſa prælati.*
5 *Renuntiare qui poſsit beneficio.*
6 *Papa papatui renuntiat.*
7 *Papa electus non confirmatur.*
8 *Renuntians per procuratorem.*
9 *Renuntians quando beneficium repetat.*
10 *Renuntiatio meticuloſa valet.*
11 *Renuntiatio præſumitur ſpontanea.*
12 *Renuntiatio quando dicatur ſimoniaca.*
13 *Simonia, non indicitur voluntate.*
14 *Renuntiatio in manu ſuperioris facienda.*
15 *Ius ad rem, facilè perditur.*
16 *Præſentatio jus ad rem tribuit.*
17 *Superior in renuntiatione quis.*
18 *Renuntiationi, quis præſtet authoritatem.*
19 *Imperii electores, an renuntiationem admittant.*
20 *Papa Imperatorem deponit.*

### CAPUT VIII.

AD hæc porrò ſciendum, beneficii vacationem, multis modis contingere. Sed his potiſſimum, morte, renuntiatione (quæ vel ſimpliciter fit, vel ex cauſa permutationis) depoſitione, promotione, & matrimonio. Qui omnes, uno vacationis verbo veniunt: [a] ubi præſertim eadem eſſet ratio. 1 *Vacationum modi.*

a Gloſ. c. ſi propter de reſcript. in. vj. & in ca. quia ſæpè de præb. e. li.

ratio. [b] Et tametſi unus expreſſus, in odioſis cæteros excludat: [c] ideóque commodiſſimum ſit, ea uti clauſula, Aut aliàs quovis modo, [d] In aliis tamen negotiis, ſi diſpar non ſit ratio, reliqui omnes includuntur. [e] Quocirca lex futuri Pontificis electionem Collegio Cardinalium, mortuo Papa deferens: [f] cenſetur etiam ſi Papa cedat, ut Celeſtinus: [g] aut deponatur, quia hæreticus: [h] idem jus devoluere. [i] Cum & eo caſu Roma. Pontifex, quantum ad Apoſtolicam ſedem, mortuus intelligatur. [k] Cæterum de his omnibus ſingulatim dicendum. Morte in primis vacare beneficium, ambigit nemo. [l] Cum diſſolvat omnia mors. [m] Niſi fortè ſuppreſſum eſſet ab habente poteſtatem beneficium. [n] Aut de prælati menſa exiſteret, [o] hoc eſt prælati menſæ ita unitum, ut alium rectorem non haberet. [p] Hoc enim uſusfructus exemplo, [q] prælati menſæ, tanquam proprietati, mortuo clerico conſolidatur. [r] Denique ubi canonicatuum, aut præbendarum numerus diſtinctus non eſt, Canoniæ aut præbendæ vacatio etiam per mortem conſolidari nequit. [s] Nam vacatio dicitur, reſpectu exiſtentiæ, & numeri. [t] Vacat item renunciatione, [u] tametſi ex cauſa permutationis facta. [x] Modo de patroni conſenſu procedat, ſi beneficium ſit patronatum. [y] Cùm enim omnibus liceat contemnere, quæ pro ſe ſunt introducta: [z] Liberum eſt cuique, etiam in articulo mortis conſtituto, [a] majori tamen xiv. annis, [b] proprio ſe abdicare beneficio. [c] Quinimo accuſato pendente lite. Et quod fortius eſt damnato, qui provocavit. [d] Unde cum beneficii verbo, Papatum venire pro-

*Cardinales Papam eligunt.*

3 *Vacatio per mortem.*

4 *Beneficia de menſa prælati.*

5 *Vacatio per renunciationem.*

6 *P. pa renunciat papatui.*

b Gloſ. c. cupientes in prin. de elect. in vj.
c c. ſuſceptum. de reſcrip. eo. lib.
d Gl. §. item quod monaſteria de cau in pra.
e I cl. c. licet, col. ij. de offi. deleg.
f c. ubi periculum de elect. in vj. c. in nomine
I. c mini. xxiij. diſt. c. j. de renun. in vi. c. ſi papa xl. diſt.
g c. j. de renun. in vj.
h c. ſi Papa. xl. diſt.
i Cle. ne Romani. ubi glo. de elect.
k c. in apibus. § ecce. vii. q. j. c. j. ut lit. penden. in. vi.
l c. ſuſceptum. de reſcrip. in. vi.
m §. deinceps de nup. colla. iiii.
n c. cum acceſſiſſent. de con. lit.
o Cle. un. §. quidam etiam de exceſ. prxl.
Gl. cle. j de reſcrip.
p Gl. d. §. quidam etiam.
q c. cum conſtet. de pig.
r d. § quidam etiam.
ſ c. dilecto de præben. c. ex parte de conceſ. præben.
t Panor. c. conſtitutus. ij qō de reſcrip. & d. c. dilecto. vij. not.
u Tot. ti. de renunciat.
x c. j. de re. perm. in. vj. gl. c. ſi propter de reſc. in vj. Rot. deci. 399. in Ant.
y Panor. c. ſignificatum de præben.
z l. ſi judex. ff. de mino.
l. pe. C. de pact.
a c. pe. ubi Pan. de renun.
b c. ſi. de jud. in vj.
c c. ex tranſmiſſa. ca. in præſentia. de renun.
d l. qui à latronibus. §.

batum ſit: e poterit quoque Pontifex Roma-
nus, Papatui renunciare. f Nec obſtat quod
renuntiationem, non pro ſuo captu, ſed ſupe-
rioris authoritate de ejuſdémque aſſenſu, fie-
ri oporteat: g Papa autem, non habeat ſupe-
riorem. h Id enim non obtinet, ubi ſuperior
aliquis non extat, ad quem poſſit haberi re-
curſus, i propter facti impoſſibilitatem. k Qua 7
pariter ratione Papa electus, plenam liberam-
que adminiſtrationem conſequitur. l Non ex-
pectata ut in aliis prælatis, m confirmatione,
quando deſit ſuperior. n Et in propria cauſa
judicat, o ut & alius quivis ſupremus princeps.
p Poteſt etiam quis beneficio renuntiare, non
tantum per ſe, ſed per procuratorem. q Quo 8
caſu cenſebitur vacare beneficium, ubi facta
eſt à procuratore reſignatio, non ubi conſti-
tutio procuratoris facta fuit. r Denique poteſt
beneficium verbo collatum, aut per ſignatu-
ram, Bullis non confectis renunciari, & cum 9
alio permutari. ſ Quemadmodum enim renun-
tiatio, ab initio voluntatis eſt, nemo quippe
valetudinis quantumvis deploratæ, beneficio
renuntiare cogitur: t ita ex poſt facto neceſſita-
tis. u Neque enim jus ſuum ſponte remittenti re-
greſſus dari debet. x Poterit itaque beneficium
reſignatum, ab ordinario liberè conferri, & à
clerico impetrari, y ad quod non redhibit re-
nuntians etiam ex cauſa permutationis ſine no-
va collatione. z Vacat ſiquidem ut diximus, re-
nuntiatione beneficium: quod ſine canonica
inſtitutione obtineri non poteſt. a Niſi tamen
facta eſſet renuntiatio, ex falſa cauſa, quam
renuncians veram putabat. Aut aliqua ratio- 10
ne, inutilis reddi poſſet renuntiatio, quia ma
lis alterius artibus extorta: per dolum puta

*Renuntiatio per procuratorem.*

*Renuntians nō redit ſine nova collatione.*

*Renuntiatio inutilis.*

ſi. ff de teſta. præpoſ. c. ſtudeat 50. diſt.
e c. j. de maled.
f c. j. de renun. in vj.
g c. admonet & c. fin. de renun.
h c. nunc autem 21. diſt.
i c. licet. in fi. de elect.
k ca. indemnitatibus. §. pe. de elec. in vj.
l ca. in nomine domini 23. diſt.
m c. noſtr. de electio.
n Gl. d. c. licet in fi.
o c. cum veniſſent. de jud.
p l. proxime. ff. de his quæ in teſt. l. & hoc Tyberius. ff. de hære. inſt.
q l. j § j. C. de bo. mater.
r Gl. c. j. a tit. pen. Arch. & aut. c. j. de præben. in vj.
ſ Rebuff. § j. de manda. Apoſt. in concor.
t c. pe de cle. ægro. c. ij & c. quamvis. vij. q. j.
u c. ij. ſuper hoc. & c. in præſentia. de renun. ca. quam periculoſum. vij. q. j.
x l. quæritur. §. ſi venditor. ff. de ædil. edict.
y c. ji. de reſcrip.
z Gl. c. pe. de re permu. ta. doc. c. cum venerabilis de excep.
a ca. ex frequentibus. de inſt. c. vj. reg. ju. in vj.
b c. ſi beneficia. de præben. in vj.

& fraudulentam æmuli ſuaſionem, [c] vel metum, [d] ſive ex perſona propria, [e] ſive ex perſona eorum qui poteſtati noſtræ vel affectui ſubjecti ſunt, [f] ſive etiam ex amiſſione patri
11 monii incuſſum. [g] Licet autem renuntiatio metu mero jure teneat: [h] ideo ſit vel actione quod metus cauſa, vel officio judicis reſcindenda. [i] Præterquam ubi per capturam, & detentionem ſecularis poteſtatis, facta eſſet. [k] nova tamen collatione opus non eſt. [l] Quo caſu enim faciunda eſt beneficii reſignati reſtitutio, nova collatio non exigitur. [m] Ut itaque planè conſiſtat renuntiatio, libera & ſpontanea eſſe debet, [n] quod in dubio præſumitur. [o] Neque enim delicti præſumptio capienda
12 eſt. [p] Niſi clericus ſpoliatus reperiatur. [q] Deinde puram renuntiationem eſſe oportet, non tantum à pecunia, [r] ſed & ab omni pactione. [ſ] Ne hoc, vel illo caſu, ſimonia contrahatur. Unde facta ea lege renuntiatio, ut beneficium Titio conferatur, [t] aut penſionem certam reſignans percipiat, [u] ſimoniaca eſt, at
13 que ideo nulla. Poteritque beneficium, ut vacans impetrari. [x] Licet ſola voluntas renuntiantis certum ſperans ſucceſſorem, ſimoniam
14 non inducat. [y] Oportet denique de patroni conſenſu (ut diximus) ſi Eccleſia patronata ſit, [z] & ſuperioris authoritate renuntiationem fieri, [a] neque enim abdicare ſe ſacerdotio, ut nec poteſtate ſeculari, quiſpiam ſuo ſenſu poteſt. [b] In præjudicium ſcilicet Eccleſiæ, aut ſuperioris. [c] Quibus per quaſi contractum ad adminiſtrationem ſe obligavit, [d] nam in damnum (clerici renuntiantis) effectum[*] habere poteſt renuntiatio. [e] Cúmque quantum in ſe fuit abierit beneficio, tacita pactione egiſſe

*Renuntiatio metu facta.*

*Renuntiatio pura eſſe debet*

*Renuntiatio in manu ſuperioris.*

c c. lectæ. de renun. gl. c. ſuggeſtum. vij. q. j.
d c. abbas. c. ad aures. c. ad audientiam quod me. cau.
d. c. ad aures. d. c. ad audientiam, quod me. cauſ.
f l. j. & ij ff. de libe cau.
l j §. per alias ff. de injur.
g d. ca abbas, Rot. 463. in no.
h c ſi verò. de jurejuran.
i Gloſſ. c. ſuper hoc. de renuntia.
k Cle. ij verſicu. ſanè. de pœn.
l Pan. & alii d. c. ſi verò.
m Par. [illegible] ca ex parte. nu. 18. de reſti. ſpol.
n d. c. abbas. cum ſeq.
o l ſabeo §. idem Tuberο. ff. de ſupp. leg.
p l. merito. ff. pro ſoc.
q d. c. ſuper hoc. & c. ſollicitæ ubi Pano. de r[illegible] ſpol.
r c. ordinationes. j. q. j. d. c. ſup[er] hoc.
ſ c. cum pridem. & ca. [illegible] de pact. c. ex parte. j. de offic. d. leg.
t Gl. & panor. d. c. ex [par]te. panor. c. dilecto. de præbend.
u Pa[n]or. c. non ſatis. de ſimo[n]ia.
x Panor. c. pen. de rer. per[m]utat.
y Gl. & doct. d. c. ex parte. Felyn. c. ad audientiā j col. i j. de reſcrip.
z Panor. c. ſignificatum. de præbend.
a c. admonet. & c. ſi [illegible] de ren[unt]. c. denique. vj. q. iij.
b l. legatus. ff. de offic. præſid.
c c. non oportet. vij q. j.
e mulieri. xxxiij. q. v.

videtur, ne peteret. f Hæc autem vera ſunt
ſive expreſsè, ſive tacitè renuncietur. g Unde
licet apprehenſione ſecundi beneficii videa-
tur habere clericus primum pro derelicto:
h poterit tamen ſuperior, ſine quo dimitti
non potuit ſacerdotium: i ad illud clericum
revocare. k Sane literis ad beneficia, ſupe-
rioris etiam ſpreta authoritate, liberè quis re-
nuntiat. l Etiam tacite, m neque enim hoc
caſu ſuperioris intereſt, cum nullum ſit cle-
rico quæſitum jus in re, n ad rem. o Et ta-
metſi jus ad rem quæri nonnulli putent: non
tamen id obligat clericum beneficio. p Mul- 15
tóque facilius à nobis evellitur. q Eadémque
ratione dixerim, electum ante confirmatio-
nem, in manibus eligentium, ſine alia ſupe-
rioris authoritate, r præſentatúmque priuſ-
quam inſtituatur, ſ in manibus ſolius patroni,
beneficio renunciare poſſe. Cum & electio. 16
t & præſentatio, ſolum jus ad rem tribuat. In
beneficii prætereà litigioſi renuntiatione, ſi
tamen jus anceps ſit & ambiguum, ſuperioris
authoritas non deſideratur, x Superiorem au-
tem hic appello, non collatorem, ſed eum qui
poteſtatem habet inſtituendi, & deſtituendi, 17
y ut Papam z legatum à latere, a Epiſcopum,
b & capitulum ſede vacante. c Qui verò ſo- 18
lam haberet conferendi poteſtatem, veluti
executor datus ad providendum renuntiatio-
nem admittere non poſſet. d Niſi hoc ei no-
minatim eſſet injunctum. e Et generaliter,
qui jure ſpeciali beneficium confert, quo-
niam deſtituere non poteſt, f reſignationi au-
thoritatem non interponit. g Unde nec elec- 19
tores imperii, qui Cæſarem deſtituere ne-
queunt ejuſdem renuntiationem admittent.

*Literis ad beneficia tacitè nunciatur.*

*Superior quis.*

d c. niſi. §. verum. de renuncia.
e Gl. c. quod in dubiis. de renunc.
f l. ſi unus. §. fin. ff. de pact. c. cum appellationibus. de app. in vj.
g Panor. c. ex ore reprobata. gl. de iis quæ fiunt à majori.
h c. de multa. de præb.
i d. c. admonet.
k Panor. d. c. ex ore. & d. c. de multa.
l c. ad audientiam. ij. de reſcr. c. ſanè de renun.
m Cle. gratiæ. de reſcr.
n Rot. ccxc. in Ant.
o Gl. c. veniens. de ren.
p Panor d. c. ad audientiam. ij not.
q l. ſi ſponſus §. ſi maritus. ff. de don. inter vi. l. qui autem in princ. ff. quæ in fraud.
r Gl. c. ij de in inte. reſtit. Dec. c. poſtquam. col. ij de electio.
ſ Rot. cccxxviij. in no.
t c. fin. de tranſlat. Epi.
u c. dilectus, ubi Innoc. de offic. deleg.
x c. ij de in integ. reſti. Panorm c. quod in dubiis de renunc.
y Gl. cle. un de renunc.
z c. denique. vj. q. iij.
a c. ſi abbatem. §. fin. de elect. in vj.
b c. cum ex injuncto. §. fin. de hæret. c. nullus. xvj q. vij.
c Panor. cap cum olim. de major. & obed.
d Rot decif. ccxviij. & cccccxxxj. in Ant.
e c. dudum in princ. de præbend. in vj.
f cap. ea quæ. §. præcipimus ubi Pan. de ſtat. monach.
g Gloſ & Panor. d. cap. cum ex injuncto. §. ſi.

Sed hoc Romano Pontifici reſervatur, qui poteſt Cæſarem ex cauſa deponere.[i]

h Bald. l. Barbarius ad fin. ff. de offic. prætor.
i c. ad Apoſtolicæ de re jud. in vj. c. alius. xv. q. vj.

SOLIER.

2 *Ea uti clauſula aut alias quovis, modo* an autem hæc clauſula poſſit ab ordinario adjici? negant Gregor. Toloſan. de benefic. cap. 25. n. 11. quia nequit reſervata aut devoluta conferre, Chriſtoph. Roſiniac in comment. Pontif. lib. 3. cap. 9. in fine illamque in proviſione ordinarii ſuperfluere ait Mainard lib. 1. cap. 49. & Rebuff. loco. mox citando, affirmant Ruzeus in tract. de pręeminentia Archiepiſcopalis dignitatis privil. 1. n. 29. Molin. ad regul. de public. reſig. n. 20. Gloſſa Pragmat. Sanct. in §. quod monaſteria in verb. alias quovis modo tit. de cauſis & alii ex quo non eſt in jure prohibitum. Prima opinio credo obtinet in devolutis altera in vacantibus intra ſemeſtre notæ vacationis. Non tamen extendit gratiam reſignationis ad vacationem per obitum, Rebuff. in praxi, tit. requiſita in literis collat. n. 16. & ita judicatum in Senatu Pariſien. refert Charund. in reſponſ. lib. 1. cap. 17. & in obſervat. in verb. *Benefice*, & in pandect. l. 1. c. 10. nec non in Senatu Toloſano, Mainard. lib. 1. c. 59. quod tamen limitatur niſi à Papa fuerit appoſita, tunc enim comprehendit vacationem etiam per obitum reſignantis, Rebuff. d. n. 16. *le Preſtre* centur. 2. q. 72. licet contra ſentiat Faber in ſuo cod. lib. 1. tit. de ſacroſanct. Eccleſ. nec proviſio ſubjacet regulæ de veriſim. not. obit. *le Preſtre* ibid. & alii omnes, nedum ubi Romam præcurritur ex cap. reſignationis, Bengeus & Pinſon. de benefic. cap. de Canonicis inſtitutionum conditionib. §. 10. n. 39. ſed etiam ex capite incapacitatis & jure devoluto ibid. n. 44. & 45.

5 *Accuſato pendente lite* de privando per ſententiam non eſt dubium quin poſſit reſignare, etiam poſt damnationem ſi fuerit appellatum, ut de homicida accuſato & damnato tradit auctor infra p. 3. cap. 6. n. 14. & hic, ex l. qui à latronibus ff. de teſtam. Gloſſ. in cap. 2. in verbo finita, ut lite pendente in 6. & eſt communis ſententia teſte Flam. de reſig. lib. 3. q. 16. n. 1. Licet Molin. ad regul. de infirm. reſig. n. 370. & ſeqq. totis viribus in adverſum nitatur, quem Louetius ibid. refellit, ſed gravis eſt quæſtio an idem obtineat in reo criminis privationem ipſo jure inducentis? & dico poſſe ſimpliciter reſignare, etiam pendente accuſatione & poſt, concluſum in cauſa ex cap. dudum 2. in fine, de elect. & cap. per tuas, de ſimon. in fine, jure ſcilicet alteri non quæſito, quia ad hoc ſufficit poſſeſſio de facto & qualitas rectoris putativi; in favorem autem non poſſe, cum nullum jus habeat, ſi tamen de facto reſignet quæretur beneficium reſignatario, non quidem ex cap. reſignationis, ſed ex cap. privationis, in vim clauſulæ ſive præmiſſo, ſive alio quovis modo vacet, Flamin. lib. 8. q. 7. n. 156. in tantum ut impetrans per privationem hujuſmodi quantumvis prior in data qui tamen reſignanti litem non moverit, à reſignatario excludatur, in odium ipſius devolutarii, Molin. ad regul. de public. reſignat. n. 203. Tornet. lit. D. n. 29. Paſtor lib. 2. tit. 6. n. 13. Unde Brodell. ad Louet. lit. B cap. 10. n. 2. rectè tradit reſignatarium ſimoniaci, vel confidentiarii beneficium capere, nedum ut reſignatarius, ſed etiam ut devolutarius excluſo quovis alio impetrante, idem Garc. p. 11. cap. 3. n. 128. at doctrinam hanc evertere videtur duplex Sena-

tuſconſultum Pariſien. relatum in cauſarum publicè peroratarum Diario, tom. 1. lib. 2. cap. 102. ubi prioriſſa aſſaſſinatus rea & rector adulter cum Parrochiana, à facultate reſignandi in favorem, fuerunt excluſi, jus ſpeciale induxit atrocitas criminum.

7 *Non expectata ut in aliis Prælatis confirmatione quando deſit ſuperior*, non deeſt ſuperior qui Papam confirmet, quandoquidem eodem momento quo quis in Papam canonicè eligitur confirmatur immediatè à Deo, & poteſt ante coronationem exercere, memorial. clericor. cap. 9. excom. 55. & excommunicantur impugnantes ejus literas expeditas antequam coronetur, extravag. quia nonnulli, de ſentent. excom.

8 *Poteſt beneficium verbo collatum renunciari & permutari.* Licet ſcriptura non ſit de eſſentia collationis, quia gratia ſolo verbo perficitur, cap. inquiſitionis 25. q. 2. Clem. dudum §. fin. ibi verbo, vel ſcripto de ſepult. l. contrahitur, ff. de pign. eſt tamen de eſſentia probationis, cap. porro, ibi, ex inſpectione privilegiorum de privil Rebuff. §. 1. in verb. literas, de mandatis Apoſtol. in concord. nam in lingua principis ſtat gratia, in ſcriptura, teſtimonium, in executione, commoditas ut ait Bald. in cap. capitulum, col. penult. de reſcript. atque ita beneficium ſolo verbo collatum renunciari quidem poteſt ſimpliciter, ſed non in favorem, aut permutari, ſaltem in foro exteriori, maximè extante regula cancellariæ diſponente gratiam non ſuffragari literis non expeditis.

14 *In damnum clerici renuntiantis effectum habere poteſt renuntiatio* reſignatio non pendet à

ſola voluntate reſignantis vel alterius non habentis poteſtatem admitendi, cap. admonet, & cap. quod in dubiis de renunt. licet Gomeſ. ad regulam de infirm. reſig. q. 29. teneat quod ad perdendum jus beneficii, admiſſio ſuperioris nihil facit, ſed quod per ſolam renuntiationem non admiſſam ſtatim titulus beneficii vacet & amittatur jus & poſſeſſio, quod acriter impugnat Molin. ad eandem regul. à n. 3. & ſententiæ Molinei accinit auctor, dum ait quod in damnum renuntiantis effectum habere poteſt renuntiatio, quod veriſſimum eſt ſcilicet ſuperiore illam ratam habente, ſed interim ſemper poterit revocari, nec admiſſio ſuperioris poterit retrotrahi, nec valere ut ex tunc, ſed tantum ut ex nunc, ut pluribus deducit Molin. ibid.

14 *Ad illud clericum revocare.* Vult auctor quod per aſſecutionem ſecundi, de incompatibili intelligit, non vacet primum niſi in quantum ſuperior ad illud clericum non revocabit, ſed revocare poſſe ſi velit, at diſpoſitio legis, facultatem acceptandi ſecundum indulget & primum abdicandi, cap. de multa de præb. ergo beneficium à jure indultum auferri non debet & certè periculoſum eſſet & triſte quem invitum in eodem loco ſemper remanere & arbitrium repetendi in Epiſcopo agnoſcere, per quod jus libertatis infringeretur quod leges adverſantur l. Titio centum 70. §. 2. Cum l. ſequ. ff. de condit. & demonſt. ſed quamvis de jure auctoritas ſeu conſenſus Epiſcopi in renuntiatione beneficii forſan indiſtinctè requiratur ex cap. admonet de renuntiat. aliud tamen de conſuetudine obtinet. Unde Cardinalis Zabarella in 4. parte ait dictum

capitulum

capitulum non eſſe in obſervantia, vid. Fagn. in eodem cap.

16 *In benneficii præterea litigioſi renuntiatione.* Notanda eſt admodum limitatio hæc ad cap. admonet de renunt. beneficium litigioſum poſſe renuntiari abſque auctoritate ſuperioris, quando jus eſt ita anceps & ambiguum, ut probabile ſit dubium an renuntians habeat jus, alias ſecus, Anton. de Butrio & Panorm. in cap. quod in dubiis de renunt facit cap. 2. & 161. Gloſſ. in verb. renuntiat. Flam. de reſignat. lib. 7. q. 1. n. 104. ubi auctorem noſtrum laudat, & n. 106. ampliat, cum Innocentio in cap. cum pridem in verb. renuntiavit de pactis, ut hujuſmodi renuntiatio valeat etiamſi fuerit facta abſente parte declara modo collitigans ſit dilate proviſus, quia tunc potius renuntiat liti. quam beneficio, Molin. de infirm. n. 159.

18 *Qui jure ſpeciali beneficium confert, quoniam deſtituere non poteſt reſignationi auctoritatem non interponit.* Gloſſ. tamen in clem. unica de renuntiat in verb. manibus, tenet quod renuntiatio beneficii inferioris debet fieri in manibus collatoris, licet inferioris Epiſcopo, & in cap. ult. extra eod. titulo tradit quod ad quem ſpectat confirmatio ad ipſum pertinere debet reſignatio. Idem ſentit Innocent. in cap. quod in dubiis n. 3. quamvis addat, videri non improbabiliter dici poſſe quod ſpectet ad eum qui poteſt invitum deſtituere Leſſ. de Juſtit. & jure lib. 2. cap. 3. n. 191. hoc ipſum inſinuat & Loſell. de officiis cap. 11. n. 34. abſolutè tradit, reſignandum in manibus collatoris, & ita ſervatur in praxi.

# DE RENUNTIATIONE, QUÆ FIT ex cauſa permutationis.

## SUMMÆ RERUM.

1 *Renuntiatio, ex permutatione permiſſa.*
2 *Permutatio, unde effectum ſumat.*
3 *Tractatus, non infert conſenſum.*
4 *Reſervatis Papa authoratur.*
5 *Abbates exempti, Eccleſias plenè habent.*
6 *Capitulum, ſede vacante admittit renunt.*
7 *Prohibitum una via, altera non permittitur.*
8 *Permutans, non exprimit beneficia.*
9 *Optio non impedit permutationem.*
10 *Permutatio, quando præſumatur injuſta.*

## CAPUT IX.

QUÆ dicta ſunt in renuntiatione ſimplici, in ea quoque obtinent quæ fit ex cauſa permutationis. Poſſunt ſiquidem omnia beneficia, ſi tamen unita non ſint, [a] ſuperioris accedente conſenſu, libere permutari. [b] Tametſi non in titulum ſed in commendam poſſideantur, [c] aut pro duobus unum commutetur, ſive proprietatis jure, [d] ſive tituli, [e] & nondum adepta ſit poſſeſſio. [f] Cum beneficium acceptatione clerici ſequuta, ejus continuò fiat. [g] De beneficiis autem propriis, conſiſtant commutationes. [h] Nec his obſtat quod à traditione initium ſumat permutatio, [i] & pro ſpiritualibus nihil dari tradive poſſit: [k] Non enim ex poſſidentium beneficia conſenſu, ſed ex ſuperioris imperio, & authoritate pendet, ro-

1 *Renuntiatio ex cauſa permutationis*

2 *Permutatio unde effectum ſumat.*

a Rot. clx. in not.
b c. cum olim & rot. tit. de rer. permutat.
c Panor. d. c. cum olim
d c. cum venerabilis. de except.
e Fred. tract. permut. q. xv. doct. d. c. cum venerabilis.
f Imol cle. un. de rerum permutat.
g cap. ſi tibi abſenti. de præb. in vj.
h c. unic. de re. permut. eodem libr.
i l. j. ff. de rer. permut.
k c. quam pio. j. q. ij.

3 búrque accipit permutatio. [l] Licet enim cle-
rici tractare de permutando, priuſquam ſu-
perior adeatur, liberè valeant: [m] quandoqui-
dem non infert, deliberatum conſenſum;
tractatus. [n] Per ſe tamen Eccleſiaſtica bene-
ficia, permutare nullo modo poſſunt. [o] Sed
hoc totum in ſuperioris manu poſitum eſt,
[p] cujus authoritas, omne vitium purgat. [q] Su-
periorem autem hic immediatum intelligo.
[r] Id eſt Epiſcopum, [ſ] ſi ad eum jure communi,
ſpectat inſtitutio, ſive collatio, [t] & beneficia
4 non ſint reſervata quorum permutationi, ſo-
lus Papa authoritatem interponit. Epiſco-
po [u] vero inferior, hac prærogativa nullatenus
utitur. [x] Niſi juriſdictionem haberet Epiſco-
palem aut quaſi. [y] Veluti Abbas Ciſtercien.
Cluniacen. aut alius exemptus, ad quem cùm
5 Eccleſia pleno jure pertineat: [z] in ejus mo-
naſterio Epiſcopus nihil exercet. [a] Capitulum
quoque ſede vacante, authoritatem præſtabit
6 permutationi. [b] Cùm hoc ſit juriſdictionis
Epiſcopalis, in qua capitulum omnimodo
ſuccedit. [c] Niſi tamen utrumque aut alte-
rum beneficium, ad collationem ſolius Epiſ-
copi ſpectaret. [d] Cum enim in eorum collatio-
7 nem non ſuccedat capitulum, [e] neque etiam
in conſenſu. Ne quod una via vetitum eſt,
8 altera permittatur. [f] Cum verò aditur ſupe-
rior, non obſtringuntur permutantes, de aliis
beneficiis quæ habent, mentionem facere.
[g] Niſi ſuperior ille eſſet Rom. Pont. [h] Nec
debent niſi permutantibus, beneficia ex cauſa
9 bona fide reſignata conferri. [i] Adeò quidem
ut nec optio, ex conſuetudine, antiquiori
clerico competens, permutationis effectum
impediat. [k] Nec obſtat quod dicitur: per

*Tractatus non infert conſenſum.*

*Reſervatis beneficiis Papa ſolus authorat.*

*Abbates exempti*

*Capitulum in juriſdictione ſuccedit.*

*Permutantibus beneficia conferenda.*

*Optio quando impediatur.*

l c. quæſitum. cum olim. & c. pen. de rer. permu. c. inter cætera, & c. majoribus. de præbend.
m Gloſ. clem. un. de rer. permut.
n c. tua, de iis quæ fi à prælat. c. fi. de iis quæ fiunt à major.
o c. pen. ubi Panor. de rer. permutat.
p cap. inter cætera. de præb. c. j & d. c. quæſitum. de rer. permutat.
q l. furti §. qui juſſu. ff. de infam. cap. niſi de præb.
r cap. ſicut unic. de exceſſ. prælator.
ſ d. c. quæſitum.
t Panor. d. c. cum ex injuncto. in fin. Rot. cccxciij. in no.
u Rot. xxiij in not.
x Gl. cle. un. de rer. permutat.
y cap. abbates. in fin. de privileg. in vj.
z Gl. cle attendentes. verſ. j de ſtat. monac. & in c. cmen. j. de reb. Eccleſiaſt.
a c. ea quæ ubi Panor. de ſtat monach.
b Gl. cle un. de rer. permutat.
c c. c. m olim. ubi Pan. de m. jor. & obed.
d Gloſ. d. clem. unic.
e c. illa ne ſed vac.
f c. cum quid. de rgul. jur. in v.
g Fely. c. in noſtra. col. ij. de reſcript.
h Rot. deciſ. cccccxc j. in Antiq.
i d. clem. unic.
k c. unic. de rer. permut. in vj. Card. d. clem. uni. q. xvj.

gratiam expectativam non impediri optio-nem: l cum nec per illam permutatio impedia-tur; m Et utroque caſu ideo, quia gratia man-dat provideri de beneficio, nulli de jure debi-to. n Quæ ratio noſtro caſu ceſſat cum per-mutantibus beneficia eſſe debita probaveri-mus. o Enimverò quoniam ſuperioris, præ-ſentia, & authoritas, omnem fraudis ſuſpitio-nem tollit: p delictique præſumptio refugien-da eſt, q permutationem juſtam eſſe, & ex honeſta affectione proceſſiſſe, credendum eſt. Niſi in diverſum probabilis nos urgeat conjectura. Veluti ſi permutetur cum pin-gui, tenue beneficium. r Neque enim veri-ſimile eſt, quem ita prodigere ſuum, ut opu-lentum ſacerdotium, pro modico, ſine cau-ſa reſignet. ſ Et quamvis hæc ſola præſumptio, ad probationem, & ſententiam non ſufficiat: aliis tamen adjuta circumſtantiis, conclude-ret: veluti ſi ſenex, t valetudinarius, nepoti adoleſcenti, pro tenui beneficio, pingue & opulentum ex cauſa permutationis daret. u Ut ſic quæ non proſunt ſingula, multa juvent. x

10

*Permutatio ex juſta cauſa præcedat.*

*Permutationis fraus quo modo præſumatur*

l c. i d. conſuet. lib. vj.
m d. c. un. de re. permut. in vj.
n c. dudum de præben. eo. lib
o d. cle. unic.
p l. furti. §. qui juſſu ff. de inſa. c. niſi de præb.
q l. merito. ff. pro ſoc.
r c. quia veriſimile de præſum.
ſ c. j. de cler. non reſi. c. ſuper hoc de renunt.
t Rot. cxxix. in Ant.
u Panormi. d. c. j. & d. c. quia veriſimile Rot. cccj. in Ant.
x l. ſancimus. C. de teſt.

SOLIER.

*Epiſcopo inferior hac prærogativa nullatenus utitur.* Scilicet auctoritatem præſtandi per-mutationibus: Concilium enim Turonenſe permutationes prohibet, cap. majoribus de præb. Soli autem Epiſcopo permiſſum eſt con-tra id diſpenſare, cap. quæſitum de rerum per-mut. Gloſſ. in Clem. unica eod. tit. & per interpretationem extenſivam habenti juriſdic-tionem quaſi Epiſcopalem ut ibi auctor. Con-trarium tamen volunt Angelus in verb. per-mutatio. n. 5. Sylveſter in eodem verbo. 2. q. 2. Sotus de juſtitia & jure lib. 9. q. 5. art. 2. 4

verſic. ejuſdem, autem ſimoniæ exemplum, ibi: niſi ſolus Pontifex & Epiſcopus, aut prælati quorum eſt ſacerdotia conferre, & q. 7. art. 2. concluſ. 1. ibi: nam cum nemo poſſit præbendam dimittere niſi in manibus prælati cujus eſt conferre, & ut probabile defendit Suarez de relig. tom. 1. lib. 4. cap 32. n. 11. & probari videtur ex cap. unico, de rerum permut. in 6. ibi: qui ſecundum formam juris ſua beneficia in eadem Diœceſi ad tuam collationem ſpectantia permutare volentes, liberè & ſine fraudi in manibus tuis ipſa reſignant, ergo quæ ad collationem Epiſcopi non ſpectant, non debent in ejus manibus reſignari, & hoc verum eſſe ait Petrus de Murga, q. 3. n. 980. per prædicta, & tandem quia, inquit, ille prælatus inferior ſcilicet ad quem collatio beneficii ſpectat, habet in hac parte juriſdictionem Epiſcopalem, ſiquidem beneficiorum collatio propria eſt Epiſcopi, cap. omnes Baſilicæ 19. q. 7. quæ tamen ratio non arridet cum ſit mera petitio principii ſed quicquid ſit conſuetudo præſcripta collatoribus quibuſcumque adſtipulatur, vid. quæ dixi in præcedenti annotatione.

6 *Niſi tamen utrumque aut alterum beneficium ad collationem ſolius Epiſcopi ſpectaret.* Si tamen Epiſcopus admiſit reſignationem ex cauſa permutationis de beneficiis ad ejus collationem tantum ſpectantibus, & antequam conferret illa decederet, poteſt capitulum ſede vacante illa compermutantibus conferre, Garc. de benefic. p. 11. cap. 4. n. 81. quia admiſſa reſignatione, collatio eſt neceſſaria, cap. unic. de rerum permut. in 6. clem. 1. eod. tit. capitulum autem ſuccedit in neceſſariis, ut

volunt omnes. Alias non poteſt admittere reſignationes ex cauſa permutationis beneficiorum hujuſmodi, Garc. ibid. n. 75. Mainardus noſter, lib. 1. cap. 66. quamvis Pavinus de offic. & poteſt capit. ſede vac. Rebuff. in praxi.tit.de devolut. & Zerola in praxi p.2. in verb. capitulum. §. 7. abſolutè videantur velle capitulum ſede vacante poſſe admittere permutationes etiam beneficiorum ad ſolius Epiſcopi collationem ſpectantium, & expreſsè velint Garc. p. 5. cap. 7. à n. 55. Geminian. in Clem. 1. de rerum permut. Paſtor lib. 3. tit. 11. n. 2.

7 *Niſi ſuperior ille eſſet Romanus Pontifex.* Imò indiſtinctè nunquam enim coram ordinariis expreſſio obtentorum eſt neceſſaria, tum quia motu proprio conferunt, tum quia eorum collationes ſubreptioni non ſubjacent, Clem. 2. de offic. ordin. ridiculum enim & abſonum eſſet ab obreptione illas eximere in caſu permutationis quæ in nullo caſu ſunt obnoxiæ. De Papa igitur loquuntur auctores ut in proviſionibus coram eo, ex cauſa permutationis expeditis, permutantes non teneantur eorum quæ obtinent mentionem habere Joan. Gallus. q. 170. & ibi Molin. in verb. non fit, jura enim quæ volunt mentionem fieri de beneficiis, loquuntur tantum in impetratione, non verò in qualibet collatione, permutatio autem non eſt impetratio, ſed nec collatio ſimpliciter facta Brodel. ad Louet. lit. B. cap. 3. n. 7. & ceſſat ambitio Bellamera de permut. p. 3. q. 2. cum non addatur beneficium beneficio, ſed eſt novi beneficii in locum prioris ſubrogatio, deinde in permutatione, collatio gratioſa non eſt; ſed obligatoria: ſed ſolum in collatione

gratioſa eſt mentio obtentorum facienda. Ergo non in permutatione, & ea de cauſa cum quis eſt electus, aut præſentatus ad beneficium à Papa conferendum, non tenetur de obtentis mentionem facere, quia collatio eſt ſibi debita, Rota deciſ. 300. p. 1. diverſorum, contrarium tamen ſervat curia Romana teſte Bellamera d. q. 2. & tenent Garc. de Benefic. p. 11. cap. 4. à n. 89. Petrus de Murga, q. 3. n. 1000. idque tutius eſſe annotavit Rebuff. in praxi tit. de permut. n. 35. primam ſententiam exiſtimo veriorem.

10 *Veluti ſi permutetur cum pingui tenere beneficium.* Permutatio etiam infirmi de pingui cum tenui paulo ante mortem, hinc inde adimpleta non poteſt impugnari de fraude; ſi facta ſit in menſe libero: ſecus ſi in menſe Graduatis affecto. Idem dicendum de reſignatione ſimplici, dummodo conquerantur Graduati ipſi, idem ibid. & tres concurrant fraudis conjecturæ de quibus Gloſſ. pragmat. §. ita quod, in verb. permutationis, de collat. Molin. ad regul. de infirm. reſig. n. 111. quæ tamen non attenduntur quando probitas & capacitas concurrunt in proviſo, juxta præjudicia relata per Brodel. ad Louet. lit. P. cap. 42. n. 3.

# DE DEPOSITIONE, ASSECUTIONE ſecundi Beneficii, & reliquis modis vacationum.

## SUMMÆ RERUM.

1 *Delinquens renuntiat beneficio.*
2 *Delictum antecedens ad pœnam.*
3 *Homicida, beneficio non privatur ſtatim.*
4 *Vacatio primi, quando adeptione ſecundi.*
5 *Titulus non irrogat pœnam. c. de multa.*
6 *Epiſcopi beneficia quando vacent.*
7 *Electus an habeat jus, & nomen Epiſcopi.*
8 *Epiſcopatus non vacat adeptione beneficii.*
9 *Matrimonio vacat beneficium.*
10 *Nuptiæ illegitimæ, an inducant vacationem.*
11 *Sponſalia non faciunt vacare beneficia.*

## CAPUT X.

DEPOSITIONE quoque ac pri- 1
vatione, quæ propter grave de-
lictum, veluti homicidium,[a] ſi-
moniam,[b] & perjurium,[c] indu-
citur: promotione,[d] & matri-
monio,[e] renuntiationem ſed tacitam induci
dicunt: atque ideo vacare beneficium.[f] Qui 2
imprimis tam graviter delinquit, beneficium
pro derelicto habere creditur,[g] in pœnam le-
gis conſentiens.[h] Eſt quippè delictum, ante-
cedens ad pœnam.[i] Antecedenti autem con-
ſenſum præſtans, in conſequenti quoque con-
ſentire videtur.[k] Sanè verò diximus de-
poſitione vacare beneficium: quia ſolo crimi-
ne, Clericus illo non privatur[l] Etiam ſi
eſſet inſidioſus homicida,[m] quem adeò ſa-
cri canones deteſtantur, ut vix cum eo Pa- 3
pam

*Renuntiatio beneficii tacite.*

*Delictum antecedens ad pœnam.*

*Crimen ſolum non privat.*

a c. cum non ab homine de jud.
b c. ij. de ſimo.
c c. querelã de jurejur.
d c. de multa de prab.
e ca. j. & c. diverſis de cler conjug.
f Gl. c. ſi propter de reſcrip. in vj.
g c. j. §. facti de homi. in vj.
h l. imperatores. ff. de jure fiſ. Accur. l. j. §. beſtias ff. de poſtul.
i l. quæſitum. ff. qui & à quib. l. aliud. ff. de verbo. ſignifi.
k l. & ſi non cognitio. c. ſi. contra jus.
l d. c. cum non ab homine.
m c. clericis. ne cle. vel mona. c. ex literis de excell. præl. to.

*Adeptio ſecundi beneficii.*

pam diſpenſare poſſe velint. [n] Promotione
præterea, hoc eſt adeptione alterius beneficii
curati, ejuſdemque pacifica poſſeſſione appre-
4 henſa, prius (quod eo ipſo clericus deſerviſſe
velle indicatur. [o]) ipſo jure [p] vacare juris eſt
certiſſimi. [q] Et ſi ex gratia plures dignitates,
aut beneficia, cum cura haberet, & inſuper
aliud ſine gratia reciperet, poſſeſſio hujus
5 ultimi faceret omnia vacare. [r] Solus autem

*Titulus pœnam non irrogat.*

titulus hanc pœnam non irrogat. Sed natura
liter oportet, beneficii poſſeſſionem appre-
hendere. [s] Quæ ſolo animo hic, (ſicuti in ci-
vilibus) nunquam acquiritur. [t] Huic vero
pœnæ locus eſt, etiam in dignitatibus, be-
6 neficiiſque regularibus, [u] Prioratibus manua-

*Epiſcopi beneficia quando vacent.*

libus, [x] & vicariis perpetuis. [y] Ceſſat autem in
Epiſcopo, cujus beneficia poſt electionem
etiam, confirmationem, & adeptam poſſeſ-
ſionem, niſi eo conſecrato, [z] aut decurſo
tempore de conſecrandis, (quod trium men-
ſium ſpatio poſt confirmationem clauditur) [a]
7 non vacant. Cum non ante Epiſcopi nomen

*Electus non habet jus Epiſcopi.*

habeat, ſed electi: [b] nec Eccleſiam pleno jure
nactus ſit: [c] utpote cui crimen adhuc objici
poſſit. [d] Quique needum quæ ſunt ordinis
valeat exercere. [e] Primum autem beneficium
non amittit, niſi qui ſecundum plenè eſt con-
ſequutus. [f] Qua ratione Epiſcopi conſecrati,
qui nondum poſſeſſionem adeptus eſt, non
vacant jure beneficia. Licet uſus Curiæ Ro-
8 manæ, hoc non recipiat. [g] Et eo caſu pri-
mum beneficium vacare negamus, quo poſte-
rioris fructus, non poſſet clericus percipere,
[h] cum tunc non dicatur ſecundum recepiſ-
ſe. [i] Cæterum licet per Epiſcopatum plenè

*Epiſcopatus an va-*

quæſitum, priora beneficia vacent: [k] per adep-

n c. miror 50. diſt. Panor. c. ſicut dignum de homicid.
o Cle. gratiæ de reſcri.
p c. dudum. ij. ad princ. de electio.
q c. d. multa de præb. c. commiſſa de elect. in vj. & extra. execrabilis.
r Cle. ſi plures de præben.
ſ d. c. de multa. ibi receperint.
t Gl. §. ordinarii. de pa. poſſ. in prag.
u c. cum ſingula de præb. in vj.
x Cle. j. de ſup. negli. prӕl.
y Cle. j. de offi. vicar.
z c. ordinationes. lxxv. diſt. c. quoniam. 100. diſt.
a c. cum in cunctis. §. cum verò de electio.
b Gl. c. j. de relig. do.
c Gl. d. §. cum verò.
d c. ſuper his de accu.
e c. tranſmiſſam de electio.
f d. c. commiſſa & d. c. de multa.
g Gl. cle. j. ut lit. pend.
h c. ſi tibi conceſſo de præb. in vj.
i l. uj §. j. ff commod.
k d. §. cum verò.

tionem tamen dignitatum, vel beneficiorum
non vacat Epiſcopatus. [l] Cum Papa incon-
ſulto, Epiſcopatum dimittere nemo poſſit.
[m] matrimonio denique non ſecuta etiam co-
pula, clericus ipſo facto, beneficium quod 9
habebat perdit. [n] Illud enim pro derelicto
habuiſſe intelligitur, actum omnino contra-
rium clericatui exercens. [o] Quæ ratio cum
in eo quoque vigeat, qui nuptias non jure
contraxit: quantum enim in ſe fuit, benefi-
cium deſeruit. [p] Dicendum, per matrimo- 10
nium cum conſanguinea, aut aliàs de facto
contractum amitti beneficium. [q] Nam & idem
dicimus in poſſeſſione ſecundi beneficii, de
facto apprehenſa, [r] Et dici ſolet, in contra-
hendis nuptiis, non juris effectum, ſed animi
deſtinationem attendi. [ſ] Idémque ubi nuptiæ
legitimæ fuiſſent, ſi uxor non conſummato
matrimonio, monaſterium (quod poteſt)
[t] ingrederetur. Et idcirco nova collatione erit
opus. [u] Neque enim jus ſemel extinctum,
reviviſcit, tametſi ceſſet cauſa extinguens.
[x] Per ſponſalia verò non vacare beneficia, 11
verius eſt. [y] Cum nec adeptione beneficii
curati, primum vacet, niſi poſt apprehen-
ſam poſſeſſionem. [z] Et hæc dicta ſint ſuffi-
cienter circa primam Tractatus noſtri partem.
Valentiæ Allobrogum ultima Octob. 1547.

## SOLIER.

1 *Veluti homicidium, ſimoniam, & perjurium.* Iſta
cauto lectore indigent, nam ſimplex homici-
dium & perjurium non inducunt privationem
ipſo jure, ſed per ſententiam, ut de homicidio
ſubdit auctor & de perjurio tradit Rebuff. in
tract. de poſſeſſ. n. mihi 268. & tenent omnes,
& è contra aſſecutione & matrimonio vacatio

l c. cum noſtris de conceſ. præb.
m c. quanto. c. inter & c. ſi. de tranſl. Epiſcop.
n c. j. c. diverſis de cler. conjuga.
o c. ex tranſmiſſa de renun. c. cum renunciatur. xxxij. q. j.
p d. c. ex tranſmiſſa.
q Panor. d. c. j. de cle. conjug.
r c. quanto de tranſla. Epiſcop. c. cum qui. de præb. in vj.
ſ l. cum qui C. de adul. c. nuper de biga.
t c. ex publico de conver. conjug.
u Doc. d. c. j.
x c. quam periculoſum vij. q. j. c. quæris. de conſe. diſt. iiij
y l. ea quæ ff. ad municip.
z c. ſi quis jam tranſlatus. xxj. q. ij. & d. c. de multa.

*cet per adeptionem dignitatis.*
*Matrimonio vacant beneficia.*
*Animi deſtinatio in nuptiis attenditur.*
*Sponſalibus non vacant beneficia.*

ipſo jure inducitur, cap. de multa, de præb. Gloſſ. Hoſtien. & Bellam. in cap. 1. de cleric. conjugat. adepta ſcilicet pacifica poſſeſſione ſecundi beneficii, cap. commiſſa de elect. in 6. Clem. gratiæ de reſcript. & matrimonio per verba de præſenti contracto, Sanchez de matrim. lib. 7. diſput 42. niſi matrimonium contrahens, ſit in ſacris conſtitutus, is enim non privatur ipſo jure, ſed privandus venit Sachez ibid. diſput. 43. n. 4. & ad hoc adducit text. in cap. 1. de cleric. conjugat. Petrus de Murga de benefic. q. 3. n. 833. cæterum non placet quod auctor ait homicidam inſidioſum non privari ipſo jure, cum non differat ab aſſaſſino, qui ipſo jure privatur, cap. 1. de homic. in 6.

5 *Solus autem titulus hanc pœnam non irrogat.* Non vacat beneficium per privationem, vel incapacitatem proviſi ante adeptam poſſeſſionemquod, maximè obtinet in reſignatione conditionali, in qua beneficium fruſtra impetraretur ex cap. reſignatarii antequam poſſeſſione reſignantem ejecerit; etiamſi reſignatio fuerit ſimoniaca, Molin. ad regul. de infirmis n. 206 vel ſit facta in Curia Romana aperta regalia Brodel. ad Louetium lit. B. cap 13. n. 14. & 16. propter conditionem & non alias, aliter, nec alio modo.

# PARAPHRASIS
## in tractatum Sacerdotiorum.
## PARS SECUNDA.

### QUI POSSINT CONFERRE BENEFICIA, & primùm de Romano Pontifice ejuſque vicegerente.

SUMMÆ RERUM.

1 *Papæ in beneficiis ſumma poteſtas.*
2 *Papa ſine cauſa non privat beneficio.*
3 *Papa paſtor, non princeps.*
4 *Aſſentatores taxantur.*
5 *Papa non poteſt quodlibet.*
6 *Papæ quando non parendum.*
7 *Papa concurrit cum ordinario.*
8 *Patronatæ an ſint de reſervatis.*
9 *Electivæ dignitates non vacant in curia.*
10 *Eccleſiæ verbo, an Epicop. & abbatia veniat.*
11 *Reſervatio beneficii odioſa eſt.*
12 *Electiva beneficia quæ dicantur.*
13 *Litigioſum beneficium, eſt reſervatum.*
14 *Reſervatio inutilis, non afficit.*
15 *Gallicana Eccleſia recepit pragmaticam.*
16 *Commenda, an inducat reſervationem.*
17 *Vicegerens Papæ an conferat.*

CAPUT I.

NUNC tractamus perſonas quæ de beneficiis providere poſſunt, 1 *Papæ in beneficiis poteſtas.* & conſtat imprimis Romanum Pontificem, (qui in plenitudinem Eccleſiaſticæ poteſtatis, aſſumptus. [a] libertimam habet Sacerdotorum

a c ad honorem de auctor. pall.

diſpoſitionem [b] quæcunque orbis beneficia
conferre poſſe. [c] Non tantum purè, ſed ad
tempus, [d] & ſub conditione, [e] etiam tri-
buens jus in vacaturis. [f] Cujus ut tandem fi-
2 niant Canoniſtæ, in adimendis, nedum con-
ferendis beneficiis voluntatem pro ratione eſſe
volunt. [g] Adeo quidem ut ſcripſerint, poſſe
Papam etiam ſine cauſa ſuo clericum privare
beneficio. [h] Abſurda ſanè ſententia, & à
Chriſtianorum dignitate aliena. Ita enim
3 non paſceret Petri vicarius oves ſuas, ſed de-
gluberet, necaret, & perderet. [i] Cum tamen
Chriſtus Petrum non tyrannum, non, inquit
Theophilactus, dominum, non regem aut
principem fecerit, ſed fidum paſtorem juſſe-
rit eſſe. [k] Tertio etiam repetita interrogatio-
ne, ut tanta diligentia, futurorum Pontifi-
cum animis præclaram hanc ſententiam incul-
caret. [l] Exorituros non ignorans, qui amo-
ris Jeſu obliti, populi Chriſtiani curam ſuſ-
ciperent, vel arriperent potius. Pro paſtoribus,
tyrannos, prædones, & rapaces lupos agen-
tes. Reſtringenda eſt igitur ſub ratione Pa-
pæ poteſtas, [m] & cum peccandi licentiam
non habeat, [n] negandum cum Leone Pon-
tifice, Petri durare privilegium, ubi iniquè
fertur judicium, [o] quam enim authoritatem
habet, à Chriſto optimo habet. [p] Chriſtum
autem tam iniquæ poteſtatis authorem fuiſſe,
4 veriſimile non eſt. [q] Ut explodendos meri-
to dicat Cardinal. [r] Perniciosos illos aſſen-
tatores, qui alicujus authoritatis aucupandæ
gratia, per fas nefaſque Romani Pontificis
authoritatem extollunt. Eorum namque ope-
ra factum eſt, ut errores permulti irrepſerint
tam altis defixi radicibus, ut non niſi maxima

*Papa paſtor nō princeps.*

*Aſſentatores taxantur.*

*Errores unde fluant.*

c. ij de præben. in vj.
b cle. j in fi. ut lit. pend.
c c. cuncta per mundum ix. q. iij.
d c. veniens de fi. presb.
e c. paſtoralis. vij q. j.
f d. c. ij. glo c. fi. ix q. iij.
g Glo. c. ſi gratioſe de reſcrip. in vj.
h Glo. c. fi. ix. q iij doc. c. quæ in Eccle. de conſti.
i Panor. c. fi. col. pen. de confir. uti. Card. conſi. cxlj.
k Joan. xxj.
l c. ſignificaſti. de elect.
m c. illa. xj. q iij.
n c. non nos. xl diſt.
o c. manet. xxiiij. q. j.
p c. quamvis. xxj. diſt. c. omnes. xxij. diſt.
q Bart. l. fin. c. ſi contra jus.
r Car. tracta. de utilo. Eccleſ.

vi divelli poſſe videantur. Neque creden- 5
dum eſt inquit, Papam poſſe quodlibet, ſed
quod licet. Unde ei nonnihil injuſtum præ- 6
cipienti, parendum non eſt. [f] Veluti ſi pro
clerico in dignitate inexcuſabili notorie in-
digno, reſcribat. Aut pro eo qui moribus 7
eſt adeò turpibus, ut ſine populi ſcandalo,
promoveri nequeat. [t] Deo enim ne malè aga-
mus imperanti, magis quàm Romano Ponti-
fici, obedire nos oportet. [u] Concurrit ergo
Papa (ut ad rem redeamus,) in collatione
beneficiorum, cum quolibet ordinario. [x] inter
quos ideo præventioni locus erit. [y] Si non
obſtet proviſo à Papa, regida veriſimilis no-
titiæ, [z] de qua paulo infra dicam. Aut non
impediat ordinarium, reſervatio vel expreſ-
ſa, [a] vel in corpore juris clauſa. Ut ob liti-
gium, [b] aut reſpectu beneficiorum vacantium
in Curia, locíſve vicinis Curiæ. Quo- 8
rum collationem Roma. Pontif. privativè (ut
aiunt) ſibi reſervavit, [c] Quomodocunque
eorum contingat vacatio. [d] ſub qua tamen
conſtitutione, patronata laicorum beneficia
non continentur. [e] De iis enim licet Papa
diſponere poſſit, [f] velle tamen non præſumi-
tur. [g] quod & alibi plena manu Felyn. oſten-
dit. [h] Non comprehenduntur præterea Epiſ- 9
copatus, [i] Abbatiæ, [k] & aliæ dignitates elec-
tivæ. [l] Digna quippè ſunt hæc ſpeciali no-
ta, quæ ideo non expreſſa, neglecta intelli-
guntur. [m] Nec generali ſermone continen-
tur cathedrales Eccleſiæ, [n] atque ideo nec
regulares illis comparatæ, [o] nec obſtat quod
loquatur ſummus Pont. in hac reſervatione de
Eccleſiis, dignitatibus, & beneficiis, in
quibus etiam per electionem providetur. 10

*Papa cum ordinario concurrit.*

*Præventio.*

*Vacare in curia quæ beneficia dicantur.*

f c. julianus c. qui reſiſtit xj. q. iij.

t c. ſi quando. de reſcri. c. cum teneamur. & utrobique Pan. de præben.

u c. ſi dominus. & c. ſi is qui præeſt. §. is q.ui xj. q. iij Inno. c. inquiſitioni. de ſen. excom.

x d. c. cuncta ix. q iij. gl. §. neque. de colla. in prag.

y c. dudum. §. nos igitur. de præb. in vj. glo. c. j. de offi. leg. eo. lib.

z Reg. Cancel. xxviij.

a c. cui noſtrum de app. c. ſi eo tempore. de elect. in vj.

b c. ij. ut lit. pend. in vj.

c c. ij. c. præſenti. de præben. in vj. cle. j. ut lit. pend.

d c. ii. de elect. in extra.

e c. cum in illis. §. cum a nobis. de præb. in vj.

f c. cum dilectus. de jure patro.

g Glo. cle. per literas de præben.

h Fel. tracta. quando lit. Apoſtol.

i Glo. d. c. ij.

k Jo. monac. c. inquiſitores. de hære. in vj.

l Gl. c. licet §. ſtatuit. de elect. in prag.

m l. item §. hoc dictum. ff. de injur. c. ſi. de off. vic. in vj.

n c. quamvis de præben. in vj.

o ca. ne pro defectu. de elec. c. ſi poſtquam. eo. titu. in vj.

[p] Eccleſiarum autem & dignitatum verbo, Epiſcopatus, [q] & Abbatiæ, [r] veniunt. Hæc enim in favorabilibus, & iis conſtitutionibus quæ jus antiquum non lædunt, prorſus obtinent: non item in odioſis, & jus vetus ab-

11 ſorbentibus. [ſ] Quibus reſervatio noſtra annumerari meritò debet. [t] Utpote, qua ordinariæ poteſtati naturali, & favorabili, admodum præjudicetur. [u] Quod verò ad illa ver-

12 ba, (*per electionem*,) attinet, ſciendum, non omnia beneficia electiva dici, in quibus per electionem proceditur, ſed ea tantùm, ad quæ ſolenniter [x] quis eligitur, mox à ſupe-

13 riore confirmandus. [y] Sanè non poteſt alio caſu ordinarius Papam prævenire, in beneficiis videlicet litigioſis quorum collatio Sedi Apoſtolicæ à lege nominatim reſervatur. [z] Idémque in commendatis. [a] Iis enim videtur Papa dando commendatarium, manum apponere. [b] Et multo minus dicendum, ubi ſpecialiter Rom. Pontif. Collationi ſuæ reſervat aliquod beneficium, id poſſe ab ordi-

14 nario conferri. [c] Propter manus Papæ (ut dicunt) appoſitionem, [d] quæ tametſi inutiliter facta, afficit beneficium, [e] niſi invaliditas illa appoſitionis manus Papalis, ex defectu poteſtatis ejuſdem inſurgeret. [f] Veluti hodie ex

15 Concil. Baſilienſi, quod licet aliæ Provinciæ reſpuerint, Eccleſia Gallicana recepit, [g] Eo autem omnes Roman. Pontif. reſervationes, tam ſpeciales, quam generales, velut Eccleſiis oneroſæ, abolentur. [h] Solis reſervationibus in juris corpore clauſis, & quæ in terris Romanæ Eccleſiæ fiunt exceptis. Huic autem decreto quia fraus fieri poſſet, ſi Papa

16 non in titulum, ſed in commendam conce-

*Electiva beneficia.*

*Reſervatio inutilis.*

*Manus Papalis appoſitio.*

*Gallorum Eccleſia Pragmaticam recepit.*

p d. c. ij.
q c. cum clerici. de verb. ſignifi.
r c. indemnitatibus. de elect. in vj.
ſ d. c. quamvis.
t And. Gemi. & alij. c. avaritiæ. de elec. in vj.
u c. pervenit. xj. q. iij.
x c. quia propter. de ele.
y Gloſ. c. ſicut § & cum in manæ de elect. pra. & d. §. ſtatuit.
z c. [illegible] in vj.
a Roma [illegible] eccl. Bernard cõ. I. ccıxxj. volu. iij.
b Caßi. d. deciſ. xxxij. in reg. Cancell.
c capi. ſi eo tempore. de elec. in vj.
d c. ut noſt ũ. de app.
e Innocen. c. inter dilectos. de exceſ. prælat.
f c. recapiẽdo de cõceſ. præben. in vj. Ro. d. conſi. [illegible]
g § [illegible] de reſervatio. pra. Sel. iij parte quæſtio xxxiij in fi.
h § ipſas de reſervatio. in prag.

deret beneficia: [i] dicerem, per commendam in Gallia, non induci tacitam reſervationem. Ideóque liberè ab ordinario, poſt commendatarii mortem, conferri. Quod & à noviſſimis annotatum poſt hæc ſcripta comperimus. [k] Vicegerens quoque hoc eſt vicarius, 17 quem Roma. Ponti. in urbe reliquit. Quoniam omnia quæ ad juriſdictionem Papæ pertinent, in civitate Romana. poteſt: [l] omnia beneficia confert. [m] Exceptis conſiſtorialibus: hoc eſt Epiſcopatibus, Abbatiis & Monaſteriis de quibus in conſiſtorio coram Cardinalibus, ore Papæ pronuntiatur. [n]

*Commenda an reſervationem inducat.*

*Vicegerens Papæ.*

i Gloſſ. c. licet de elec. in Prag.

k Aureol. addi. ad Guliel. de Mont. Laud c. nemo de elect. in vj. prob. c. præſenti colum. xiiij. de offi. leg. in vj. l l. j. c. de offi. ejus qui vic. alter. ger.

m c. pe. ubi doct. de offi. vicar.

n Lap. alleg. lxxxiiij.

## SOLIER.

*Abſurda ſane ſententia & à Chriſtianorum dignitate aliena.*) Contra quam eſt textus expreſſus in cap. 1. de cauſ. poſſ. & propriet. ubi ſummus Pontifex fatetur ſe non poſſe procedere contra aliquem in auditum neque eum ſpoliare, cap. 1. de cauſa poſſeſſ. & propriet. & auferre beneficium ſine cauſa eſt iniquè agere cujus nulla eſt poteſtas nam peccare, infirmari, deficere non eſt poſſe, ſed non poſſe, cap ult. in fine de pœnit. diſt. 2. unde jure merito illam improbant Bald. in cap. 1. verſic. etiam eſt argumentum, de natura feud. Innoc. in cap. niſi cum pridem verſic. nos dicimus de renunciat. Philipp. Probus ad Joan. Monachum in cap. 2. de præb. in 6. Rebuff. in praxi, tit. de non tollend. jus alteri quæſit. gloſſ. 6. n. 16. & Felin. in cap. quæ in Eccleſiarum, de conſtit. n. 40. ubi multos refert pro adverſa parte. Potentiam tamen hanc Papa præ moderatione

deratione numquam ad actum reducit, & neminem ſine cauſa privat, unde non eſt cur auctor irabundus exardeſcat circa hoc, & in amara verba prorumpat.

9 *Non comprehenduntur præterea Epiſcopatus, Abbatiæ & aliæ dignitates electivæ.* Vult Coraſius quod hæc majora beneficia non vacent in curia, & quod in eis non habeat locum, cap. 2. de præb. in 6. ex eo quod dictum capitulum loquatur de dignitatibus, quæ in generali ſermone Epiſcopatus, Abbatias & dignitates electivas maximè in odioſis non comprehendunt, nec Epiſcopatus dicitur dignitas, ſed culmen, dignitatum ſecularium, & Abbatia regularium ut in ſubito caſu ait probus ad Gloſſ. Pragm. cap. licet. §. ſtatuit in verb. obſtaculo, addit. 1. de elect. poſt Joannem Monach. in cap. in generali de regul. juris in 6. nec ſub nomine dignitatum veniunt electivæ, illæ præſertim per quarum vacationem Eccleſia dicitur viduata, ſed certè cavillari videtur textus d. capituli 2. qui de Eccleſiis & dignitatibus electivis expreſſe loquitur, quæ ſunt apta comprehendere Epiſcopatus cap. cum clerici, de verb. ſignif. & in conſequens Abbatias cum Eccleſiæ Cathedrales & regulares æquiparentur, cap. ſi poſtquam de elect. negat tamen Gloſſa Pragm. ubi ſupra, dignitates propriè electivas vacare in curia cum aliis non paucis, & ego huic ſententiæ cum auctore noſtro ſubſcriberem niſi aliud in concordato haberetur, ubi Papa ſibi & ſucceſſoribus proviſionem Epiſcopatuum & Abbatiarum abſque Regis nominatione, duobus caſibus reſervavit. Primò, ubi Rex intra novem menſes Epiſcopum, vel Abbatem debitè qualifica-

tum non nominaret. Secundò, quoties Eccleſiæ hujuſmodi Cathedrales, ſcilicet vel Abbatiales de quibus erat ſermo in curia Romana per obitum vacarent, ut habetur in textu de Regia ad Prælat. nomin. §.1.

13 *Quorum collatio, ſedi Apoſtolicæ, à lege, nominatim reſervatur.* Parcit huic reſervationi, Coraſius, quià litigioſorum collatio, Papæ reſervatur per capitulum 2: ut lite pendente in 6.° ſed, aliam in Galliâ, non agnoſcimus reſervationem, quam quæ ex vacatione, per obitum in curia, ſeu apud Sedem inſurgit, ut dixi ad Flamin. de reſignat. lib. 7.° q. 27. nullibiquè ſervari capitulum hoc teſtatur Molin. ad illud & docet praxis.

17 *Omnia quæ ad juriſdictionem Papæ pertinent in civitate Romana poteſt: omnia beneficia confert.* Imò ſunt non pauca ordinarii munera quæ in generali deputatione vicarii Urbis & Diœceſis Romanæ venire non ſolent: utpote, inquiſitio, correctio, punitio, à beneficiis amotio, ac ipſorum beneficiorum collatio. Quamobrem ſolent Pontifices hæc eidem vicario, præterquam beneficiorum collationem indulto, ſuæ facultatis in ſpecie concedere, ſed collationes beneficiorum non concedunt, ut tradit Octavian. Veſtrius de officialibus Romanæ curiæ tit. de vicario urbis pag. mihi 25.

# DE CONCILIO.

## SUMMÆ RERUM.

1 *Concilium generale an conferat.*
2 *Papa eſt ſupra Concilium.*
3 *Concilium non eſt, niſi Papa præſit.*
4 *Cardinalium Collegium non confert.*

### CAPUT. II.

1 AN autem Concilium generale
*Concilium an conferat beneficium.* beneficia conferre poſſit? vetus
eſt quæſtio In qua breviter puto
quod ſic. Non qua putant
nonnulli ratione, quia ſupra Papam
ſit Concilium: (hoc enim falſum eſt,
traditúmque verius Papam ſupra Concilium
2 *Concilium an ſupra Papam.* eſſe. [a] Præterquam in concernentibus fidem, [b] extirpationem ſchiſmatis, [c] aut generalem
reformationem Eccleſiæ Dei, in capite
& in membris.) [d] Sed quia Concilium legitimum
3 non eſt, niſi Papa præſit: [e] à quo
poteſtatem, robúrque Concilium accipit.
[f] Papa autem à Chriſto, non à Conciliis.
[g] Si igitur ſolus Papa quæcumque beneficia
confert: [h] Multomagis Concilium, Romani
Pontif. præſentia, authoritatéque fultum, &
4 *Cardinalium Collegium an conferat.* illuſtratum. [i] Collegium autem Cardinalium,
ad futuri Pontificis electionem ſede vacante
congregatum, beneficia conferre non poſſe,
manifeſtum eſt. [k] Cum alia quàm electionis
negotia; tractare eis prohibitum ſit. [l] Et in
ſimili dicamus, capitulum Eccleſiæ inferioris,
ſede vacante non conferre beneficia. [m]

a c. ſignificaſti. de ele.
b c. concil § j. xvij. diſt.
c c. ſi Papa xl. diſt Gl. c. Anaſtaſius. xix. diſt.
c c. ſi duo. lxxix. diſt.
d c. ij. ubi Glo pler è de at ho. ſac. Concil. & in §. j de colla. in prag.
e c. multis. xvij. diſt. c. dudum. iij. q. ix.
f d. c. ſignificaſti Pan. c. ſuper quibuſdam de ve bo. ſignifi.
g c. quamvis. xxj. diſt. c. omnes xxij. diſt.
h c. ij de præb. in. vj.
i cap cum in cunctis in prin. de elect.
k Cle. ne Romani. §. j. de elect.
l c. ubi periculum. §. iidem de elect. in. vj.
m c. j. c. illa ne ſede vacant.

## SOLIER.

1 *Breviter puto quod ſic.* Mihi verò, inquit Nicol. Garc. de benefic. p. 5. cap. 2. n. 4. abſolutè dicendum videtur, Concilium non poſſe beneficia conferre niſi Papa id ei ſpecialiter permittat, non enim ad id congregantur concilia, nec de jure habent talem poteſtatem. Poſſet ſiquidem Papa ſi vellet in Concilio facere proviſiones beneficiorum, ſicut fecit Beatus Petrus in electione B. Matthiæ, & ita tenet ſuper ipſamet quæſt. n. 34. hæc Garc. & benè contra Joan. Deſelva de benefic. p. 2. q. 2. & Coraſium noſtrum, quare Concilium Conſtantienſe poſt depoſitionem Benedicti decimi, ſcilicet Petri de Luna, & Joan. XXIII. is eſt Baltazar Coſſa, ceſſionem Gregorii XII. aliàs Angeli de Corrario noluit ad electionem novi Pontificis procedere ex defectu poteſtatis, quamvis Molin. ad regul. de infirmis n. 355. & ſeqq. totis viribus oppoſitum contendat, cui obſiſtit Raimundus Ruffus in ſua pro ſummo Pontifice defenſione.

# DE LEGATO A LATERE.

## SUMMÆ RERUM.

1 *Legati à latere.*
2 *Legati miſſi.*
3 *Legati nati.*
4 *Legati Cardinales, conferunt beneficia.*
5 *Ordinarii tres concurrunt in collatione.*
6 *Præventioni quando ſit locus.*
7 *Hora inducit prioritatem.*
8 *Regul. de veriſimili, an in ordinario.*
9 *Reg. de veriſimili, quando ceſſet.*
10 *Legatus Cardinalis quando non conferat.*
11 *Legatus non derogat patrono laïco.*
12 *Laïcus à ſocio clerico non damnificatur.*

13 *Iuripatronatus quandoque non favetur.*
14 *Legatus de ſpecialiter commiſſis non cognoſcit.*
15 *Nominatis an legatus præjudicet.*

## Caput III.

1 PROXIMI Pontificiæ poteſtati ſunt legati à latere. [a] Sic vocantur Cardinales, qui à Papæ latere, in certam Provinciam deſtinantur. [b] Reliqui verò, qui
2 à ſede Apoſtolica mittuntur, non ex principis latere aſſumpti, miſſi appellantur ab interpretibus, incognito legiſlatori vocabulo, qui
3 hos non miſſos, ſed Legatos ſimpliciter vocat. [c] Sunt & alii, qui ſuarum prætextu Eccleſiarum, legatione funguntur. [d] Ut Eboracen. Archiepiſcopus, [e] & Cantuarien. [f] quos ideo Hoſtien. & cæteri, novo vocabulo, natos vocant, quia legati naſcuntur, dum illis
4 Eccleſiis præficiuntur. [g] Sed ad Cardinales Legatos redeamus, qui ex privilegio, quæcunque ſuæ provinciæ beneficia conferunt. [h] Spectantia etiam ad patroni clerici, præſentationem, [i] aut exemptorum collationem. [k] Et tametſi eorum collatio ſit ad ſedem Apoſt. devoluta. [l] Vacaturáque ſuæ collationi reſervant. [m] In eis licet, præſens jus
5 dare non poſſint. [n] Quæ omnia poteſt Legatus Cardinalis, exiſtens etiam extra provinciam ſibi commiſſam. [o] Alii vero legati ſive miſſi, ſive nati conferendi beneficia, abſque ſpeciali mandato, [p] nullam habent poteſtatem. [q] Ex his patet, tres in beneficii collatione concurrere poſſe. Papam videlicet, legatum Cardinalem, & ordinarium.
6 [r] Inter quos ideo, ſicut inter plures judices,

*Legati à latere qui.*
*Legati miſſi.*
*Legati à latere conferunt beneficia.*
*Legati miſſi, & nati non conferunt.*
*Concurrunt tres in collatione.*

a c. mandata de præſumpt.
b c. ad eminentiam de ſent. excom.
c Tot. tit. de offi. leg.
d c. j de offi. leg. in vj.
e c. j de appellat.
f c. j. de offi. leg.
g Jo. Mona. c. j. de off. leg. in vj.
h c. d. c. j. de offic. leg. in vj.
i c. cum dilectus de jure patr. c. dilectus de offi. leg.
k c. j de verb. ſig. in vj.
l c. penul. de præbend.
m c. præſenti de offic. leg. in. vj.
n c. dilectus. j de præb.
o Glo. c. nemo de offi. legat. Archid. c. ſi. eo. tit. in. vj.
p c. literas de ſup. neglig. prælat.
q c. j de offi. leg. in. vj.
r Gl. d. c. j. & in. §. neque de collat. in prag.

[s] & procuratores inſolidum conſtitutos, [t] locus 7 *Preventioni quando ſit locus*
erit præventioni.[u] Ratione etiam horæ, aut momenti, ſi hoc vel ſcripto, vel teſtibus, probari poſſit. [x] Nam & tam modici temporis prioritas, omni lege attenditur. [y] Quamvis ex curiæ Romanæ ſtylo, hora literis non inſeratur. [z] Ceſſat autem hæc præventio, in beneficiis reſervatis, quæ legatum etiam à latere impediunt. [a] Multoque magis ( ut jam dictum
eſt ) ordinarium. [b] Aut ubi proviſioni veri- 8 *Regula de veriſimili notitia.*
ſimilis notitiæ regula obſtat. [c] Quæ tametſi de Papa tantum loquatur, quia tamen ex juris communis viſceribus excerpta eſt, [d] & ut obviam eatur fraudibus ædita. [e] Per illámque deteſtatum ambitionis vitium [f] coërcetur: dicendum, eam in ordinario quoque locum habere. [g] Et ita in ſupremo Delphinatus ſenatu judicatum, Decius alibi refert,
[h] ubi igitur fraus omnis veriſimiliter ceſſaret, 9
à regula meritò recederemus. Veluti ſi impetraretur beneficium, per renuntiationem, cum clauſula ( *aut alias quoviſmodo* ) & pridie renuntiationis admiſſæ, renuntians procul Roma mortuus eſſet. [i] Quo jure in regno utimur, licet in Rota lis ahuc ſub judice pendere videatur. [k] Nec huic regulæ per Papam in regno derogatur. [l] Certis porrò *Regula de veriſimili non derogatur.*
caſibus, ( ut in viam revertamur, ) legato fa- 10
cultas conferendi beneficia denegatur. Veluti ſi in curia vacaverint. [m] Quorum collationem diximus Apoſtolicæ ſedi reſervatam. *Legatus quibus caſibus non confert.*
[n] Aut ſi ſint cathedralium, regularium, col-
legialiúmve Eccleſiarum beneficia, vel dig- 11
nitates, poſt Epiſcopatum majores electivæ. [o] Aut ſi eorum præſentatio ad patronum laïcum ſpectaret. [p] Idémque ſi ſimul ad patroni

s l. ſi quis poſtea. ff. de jud. c. pe. de for comp.
t c. pe. de elect. in vj c. ſi duo. de proc. eod lib.
u Gloſſ d. c. j. & dict. §. neque.
x Glo. c pe. de reſcript. in vj. & in c. ſi à ſede de præbend. eod libr.
y Accurſ. l. ſi ſi ex pluribus. §. fin. ff de ſolut.
z Gloſſ d. c. penult.
a Gloſſ. d. c j.
b c. fin. ut lit pend. in vj. & c. ut noſtrum. de appel.
c Reg. cancel. xxviij.
d Extra c. deteſtanda & c. ſeq. de conceſ. præbend in vj.
e Gloſſ. d. §. neque.
f c. quia intantum. & c. cum jamdudum. de præb.
g Glo. d. §. neque Rip. c. ij. in fin. de reſcript.
h Dec. conſil cccxcviij. in fin.
i Gl. d. § neque Sel. iij. parte. q. xlvj. Rubuff §. declarantes. de mand. apoſt.
k Gomeſ. in d. regul. xxviii.
l Rebuff. tract. no. q. xviij
m Gloſ. c. j. de offi. leg. in vj.
n c. ij. de præben. in vj.
o ca. deliberatione. de offic. leg. in vj.
p Gl. clem. per literas.

clerici, & laïci, præſentationem pertineret. q Nec enim æquum eſt, ex ſocio clerico, laï-
12 cum damnificari. r Sed magis ex privilegio, & perſona laïci, ſocium clericum commodum ſentire. ſ Sic enim ècontra dicimus, tempus ſemeſtre, quod habet Eccleſia ad preſentandum: laïco (quadrimeſtre tantum ſuo jure habenti) ratione communionis competere, t Juri laïcorum preterea, legatus à latere non derogat, ne hoc nomine ab Eccleſiarum fundatione, laïci retrahantur. u Quæ ratio ceſſat in jure patronatus, quod laïcus non ex dotatione, aut funda-
13 tione habet, ſed ex præſcriptione, & privile-
14 gio: cui ideo legatus Cardinalis præjudicat. x Quod autem de privilegio diximus, de gene-
15 rali accipiendum eſt: nam ſi jure ſpeciali, & expreſſo privilegio, certorum beneficiorum aliquis collationem habeat, ad ea legati poteſtas non extendetur. y Cum enim præ-
16 polleat ſpecialis proviſio generali, z de his quæ alteri ſpecialiter ſunt commiſſa, legatus non ſe interponit. a Poſtremo adverſus nonnullos b putaverim, legatum Cardinalem, (præventionis jure,) beneficia nominatis vel graduatis debita, conferre non poſſe. Cum reſpectu graduatorum, vel nominatorum, præventio Papæ reſervetur. c Et in reſervatis Roma. Pontif. Legatus nihil poſſit. d

*Communionis utilitas.*

*Juri patronatus quãdoque laïcus derogat.*

*Nominatis legatus non præjudicat.*

de præbend.

q Panor. c. fin. in fin de jur. patr. & in d. c. dilectus. de offic.

r c. ſacris. de ſepult.

ſ l. ſi communem. ff. quem adm. ſer. amit. ſi. is qui duos. ff. de lib. leg.

t Glo. c. un. §. fi. de jur. patron. in vj.

u Gloſ. c. cum dilectus de jur. patron.

x Panor. c. dilectus, in fin. de offic. leg. Card. d. cle. per literas. iij. q.

y Panor. d. c. dil ctus in 6.

z c. j. de reſcrip. c. dudum de præb. in vj.

a Studuiſti. de offi. leg.

b Gl §. ut verò de colla. prag.

c §. declarantes de mandat. apoſto.

d c. quod tranſlationem de offi. lega.

## SOLIER.

2 *Miſſi appellantur ab interpretibus incognito legiſlatori vocabulo.* Miſſi tamen dicuntur abſque alio differentiæ termino in cap. 1. de offic. Legati. in 6. nam à ſede Apoſtolica mittuntur ſpecialiter, Cardinalatus tamen honore non fulgent, ſunt tamen prælati & viri experti. Exemplum eſt in Nuntiis Franciæ, Hiſpaniæ,

Poloniæ, Venetiarum, Neapoli, Sabaudiæ, & Florentiæ. Nati verò ſunt nedum Eboracen. Archiepiſcopus & Cantuarien. in Anglia, ſed etiam Saliſburgen in Germania & Remenſis in Gallia; iſti autem nihil ultra dignitatem habent, quæ neque juriſdictionem, neque poteſtatem auget. Nota marginalis ad Joan. de Selva p. 3. q. 66. Legati Cardinales ſimiliter dicuntur miſſi, ſed ſpecialiter de latere cum ſint pars corporis Papæ, can. Eccleſia Senatum habet. 16. q. 1. Flamin. de reſignat. lib. 7. q. 13. n. 4.

13 *Cui ideò Legatus Cardinalis præjudicat.* Vult igitur Coraſius quod Legatus à latere juripatronatur laïcis non ex dotatione aut fundatione, ſed ex privilegio, vel præſcriptione competenti derogare poſſit, ſed Molineus ad regul. de infirmis n. 47. non abs re etiam de ipſo Papa denegat, contra Felin. in tract. quando literæ Apoſtolicæ noceant patrono, & Philip. Detium conſil. 17. n. 2. & Conſil. 124. in fine, rationem non adducit, ſed ea eſt quia jus pat. Laïco quoquo modo quæſitum, inter bona ipſius domanialia computatur quibus Papa non præjudicat.

16 *Legatum Cardinalem præventionis jure beneficia nominatis, vel graduatis debita conferre non poſſe.* Legatus à latere non prævenit ordinarios in præjudicium graduatorum, alioquin appellaretur ab uſu, Molin. ad regul. de infirmis n. 139. & 140. Fevret de abuſu lib. 2. cap. 7. n. 4. derogat tamen de regulæ infirmis, in præjudicium eorundem, Molin. ibid. n. 141. ſed tantum abeſt quod Legatus poſſit prævenire ordinarios in menſibus graduatis affectis, ut ne quidem poſſit conferre graduatis ſimpli-

cibus

cibus quantumvis qualificatis, quia non habet gratificationem, ſed ordinarius cui nominatim hoc jus gratificandi datum eſt à Pragm. & concord. Molin. ibid. n. 449.

## DE INFERIORIBUS ORDINARIIS.

### SUMMÆ RERUM.

1 *Ordinarius quis.*
2 *Cathedralis proviſio, ad quem.*
3 *Confirmatio quo ordine fiat.*
4 *Epiſcopus an ſolus conferat beneficia.*
5 *Hoſtienſis opinio probata.*
6 *Conſuetudo in proviſione ſpectatur.*
7 *Epiſcopus ante adminiſtrat. confert.*
8 *Epiſcopus an ſine coadjutore conferat.*
9 *Coadjutor ſolus quandoque confert.*
10 *Alienatio voluntaria, & neceſſaria.*
11 *Epiſcopus accuſatus an conferat.*
12 *Epiſcopus depoſitus Epiſcopi jura exercet.*

### CAPUT IV.

1 SED jam de inferioribus ordinariis (ordinarios voco qui ſuo jure conferre poſſunt: [a]) tametſi non habeant ordinariam juriſdictionem [b] aliqua dicenda veniunt. Et
2 ſcire cum primis oportet, Eccleſiarum Cathedralium proviſionem, quæ olim Papæ reſervata erat, [c] ſimulátque inferiorum collegialium, de quibus ex primaria lege Epiſcopi diſponebant: [d] collegiis quibuſcunque,
3 fuiſſe conceſſam. [e] Ut ab iis digni moribus, & ætate, vacantique Eccleſiæ magis utiles, eligerentur. [f] Sola confirmatione, ſuperiori conſervata, hoc videlicet ordine, ut electus Abbas, ab Epiſcopo: [g] Epiſcopus, à Metro-

*Ordinarius quis.*
*Cathedralium proviſio ad quem ſpectet.*
*Confirmatio electionis à quibus fiat.*

a c. d. judicibus . . q. vj. glo. c. ordinarii de off. ordi. in vj.
b Gl. cle. j ut lit. pend.
c Glo c quanquam. de elec. in vj.
d Panor. c. cum Eccleſia vult. de elect.
e c. cum Eccleſia ad fin. de cau. poſſeſ.
f c. j. c. cum in cunctis c. ne pro defect. & ca. quia propter de elect. c. ſi. xvj. q. vij.
g ca. hoc tantum xvij. quæſtio. ij

politano. [h] Metropolitanus, à proprio Patriarcha [i]: Hic autem, à Roma. Pontifice, [k] confirmaretur. Cum non alius extet ſuperior. [l] Præbendarum verò, & dignitatum 4
Eccleſiæ Cathedralis, collationem ad Epiſcopum, & capitulum ſimul pertinere, communiter exiſtimatum eſt. [m] Cum enim ex bonis communibus inſtitutæ præſumantur, [n] eorum de collegio, nedùm Epiſcopi conſenſum exquiri conſequens eſt, [o] cum & ſoleat vulgo dici, ab omnibus probandum eſſe, quod tangit univerſos. [p] Ego verò magis 5
probo, ut cum Hoſtien. dicamus, ubi prælati, & capituli bona, quod regulariter contingit, diſtincta ſunt, ad ſolum Epiſcopum, cum conſilio tamen capituli, præbendarum Eccleſiæ Cathedralis collationem pertinere. 6
[q] Et quia vacante ſede negat Honorius, uſquam cautum inveniri, capitulum præbendas conferre. [r] Cum tamen conſtet eo caſu, quo ad Epiſcopum & capitulum ſimul præbendarum collatio pertinet, [ſ] capitulum poſſe vacantes conferre præbendas. Cæterum minora inferiorum Eccleſiarum beneficia (communi ſententia non reclamante,) ſine conſilio etiam capituli, Epiſcopus confert. [t] Licet in majoribus capitulum conſulere debeat, [u] & ita conferre. [x] Aut ſi ſint Eccleſiæ collegiatæ, conſervata eis præſentatione, inſtituere. [y] Et ita verum eſt, ad eum jure communi, ſpectare inſtitutionem, & 7
deſtitutionem beneficiorum. [z] Niſi tamen prædictis obſtaret conſuetudo, aut privilegium, [a] quæ nonnunquam efficiunt, ut electio canonici, ad ſolum Epiſcopum, vel ſolum capitulum, pertineat. [b] Aut ad canonicos,

*Collatio beneficiorum ad quem pertineat.*

*Hoſtien. opinio contra cæteros probata.*

*Epiſcopus ſolus confert.*

*Conſuetudo in collatione beneficiorum multum poteſt*

h c. cum dilectus de elect.
i c. antiquæ de privile.
k c. renovantes. xxij. diſ. d. c. ant.
l c. nunc autem. xxj. diſt.
m c. poſtulaſtis de cler. excom. Gl. & Panor d. c. cum Eccleſia vulterana.
n c. nulli. §. fi. xij. q j.
o l. in concedendo. ff. de aqua plu. arcen.
p c. ad hæc in fi. de off. Archidia.
q c. novit & c. quanto de iis quæ fiunt à prærl.
r c. illa ne ſed. vacan.
ſ c. un. in prin. co. titu. in vj.
t c. ea noſcitur de iis quæ fi. à præla.
u d. c. quanto ubi Pan.
x d. c. novit. ubi Panor.
y Pa. d. c. cum Eccleſia.
z c. cum ex injuncto. §. hi. de hæret. c. omnes baſilicæ. c. nullus. xvj. q. vij. d. c. novit.
a c. Abbate ſancti de ver. ſi. d c. ea noſcitur
b d. c. cum Eccleſia vulterana.

ſingulares, vice & authoritate capituli. [c] Vel etiam ad prælatum alterius Eccleſiæ. [d] Verum enimvero, non habet poteſtatem capitulum, aut Epiſcopo inferior, conferendi beneficia, Epiſcopo excluſo. [e] Niſi ex privilegio, aut alio jure ſpeciali. [f] Confert autem & inſtituit Epiſcopus, tametſi nondum decreta ſit, ei adminiſtratio : modo tamen

*Epiſcopus ante decretā admi. niſtrationem confert.*

8 electus ſit, & confirmatus. [g] Per electionem enim jus adminiſtrandi, & per confirmationem, ejus juris exercitium conſequitur.

9 [h] Confert item Epiſcopus, etiam ſi propter ſenectutem, aut ægritudinem, datus ſit ei coadjutor. [i] Hæc enim corporis vitia, plærumque cordis virtutem augent, faciúntque

*Coadjutor non confert.*

10 ut fervor ſpiritus in ſublimiora conſcendat. [k] Secus ergo ſi ei mente capto, de coadjutore ſit proviſum. Quo caſu, non ipſe, ſed

11 coadjutor, plenam habens ſicuti furioſi curator, [l] adminiſtrationem, [m] beneficia conferet. [n] Nec obſtat, quod habenti liberam adminiſtrationem, alienatio ſit interdicta : [o] Nam hoc in voluntaria accipiendum eſt, non

*Adminiſtrator quādo alienet.*

12 item in neceſſaria. [p] Qualis eſt collatio beneficii, ob impendens grave, ex diutina vacatione periculum. [q] Confert præterea Epiſcopus, licet reus criminis etiam graviſſimi, [r] (puta Hæreſis, quo jure ipſo privatur Epiſ-

*Alienatio voluntaria & neceſſaria.*

13 copus, ) [ſ] & accuſatus. [t] Privatio enim hæc occulta eſt, unde ex quo toleratur in officio, rata eſſe debent, quæ ab eo interim geruntur. [u] Nec debet accuſatus, ſacerdotii ſui

*Epiſcopus accuſatus non confert.*

14 poſſeſſione privari. [x] Quinimo nec depoſitus, ſi provocavit, prohibetur Epiſcopalia jura exercere. [y] Cum enim non cenſeatur damnatus qui provocavit : [z] manet integer

*Depoſitus beneficia confert.*

c c. ſi de præb. in vj.
d c ſi. de inſtitutio.
e d. c. cum ex injuncto. §. fi. d. c. omnes & dict. c. nullus.
f c. nulla ubi Panor. vj. no. de conceſ. præb.
g c. noſti. c. tranſmiſſam & c. qualiter de elect.
h Gl. c. quāto. lxiij. diſt.
i Glo. c. cui rei de coll. pragma.
k c. j. c. niſi. §. alia vero de renuntia.
l l. inter bonorum. ff de admini. tuto.
m c. grandi de ſup. neg. c. un. de cler. ægr. in vj.
n Old. conſi. xliiij glo. d. c. cui rei.
o c. is cui. de elec. in vj.
p l. alienationes. ff. fa. ert. l. aliam. ff de novatio.
q c. ne pro defectu in prin. de elect.
r Panor. c. nihil not. xij. de elect.
ſ c. cum ſecundum de hæret. in vj. c. quo jure viij. diſt.
t c. non te viij. q. iiij.
u l. Barbarius ff de off. præto l. j. C de teſt.
x c. ij. ut lit. pend.
y Gl. c. ſæpè de appel.
z l. ii iti §. j. ff de infa. l. ij § ſi. ff. de pæn.

a l. un. §. pen. ff. nil. no. a. i. cl. pc.

ſtatus ejus, ut interim dignitatis ſuæ honoribus fungatur. ᵃ

## SOLIER.

5 *Vbi prælati & capituli bona, quod regulariter contingit, diſtincta ſunt.* Tunc ad ſolum Epiſcopum, cum conſilio tamen capituli præbendarum Eccleſiæ Cathedralis collatio pertinet, ut vult auctor ex cap. novit. & cap. quanto, de iis quæ fiunt à prælat. ſine conſen. capit. propter magnan communionem quam habet Epiſcopus cum ſuo capitulo, cum quo facit unum corpus. Sed hæc ratio non placet Lottero liv. 2. q. 21. n. 15. quia procedit, inquit, ex ſuppoſitione connexionis Epiſcopi cum capitulo, quæ formatur ex natura ſubjectæ materiæ, atque ita ex hac argumentacioñe petitur principium difficultatis, an in poteſtate conferendi canoues connectant Epiſcopum & capitulum; neque enim textus in dicto cap. novit, connexionem hanc facit reſpectu poteſtatis conferendi, ſed tantum reſpectu participationis conſilii, ex ſuppoſitione quod bona & adminiſtratio eorum ſint inter Epiſcopum & capitulum diſcreta, atque ita aliam rationem aſſignat, videlicet quod præbendæ in Eccleſia Cathedrali præſumantur inſtitutæ de bonis communibus Epiſcopi & capituli. Idem de aliis beneficiis præbendalibus, quales ſunt dignitates & perſonatus, Gloſſ. in cap. 1. in verb. diſponit diſt. 25. Cujac. ad rubricam de præb. ſed quid dicendum de ſcholaſtria canonicatu Doctorali, Theologali & tandem etiam, ex diſpoſitione Concilii Tridentini, ſeſſ. 24. cap. 8. canonicatus & pœnitentiaria? hi canonicatus ſecluſa conſuetudine, aut alio jure

ſpeciali non providentur ſimul per Epiſcopum & capitulum, ſed Epiſcopus eligit perſonam, præbenda autem confertur per quem antea conferebatur Garc. de benefic. p. 5. cap. 4. ex n. 137. & 145. & ex n. 162. In collegiatis verò inferioribus jus præſentandi, ſive eligendi, capitulo competit, jus autem inſtituendi, ſive confirmandi ad Epiſcopum pertinet, Lotter. lib. 2. q 21. n. 135.

6 *Negat Honorius uſquam cautum inveniri capitulum præbendas conferre.* Præbenda non ſolum accipitur pro præbenda canonicali nempè canonicatui connexa, quæ dicitur propriè & ſtrictè præbenda, & eſt ſpiritualis ratione canonicatus, cap. dilecto, de præb. & pro præbenda mere temporali quæ datur pro labore & officio temporali: ſed etiam largè pro omni beneficio, Felin. in cap. poſtulaſti de reſcript. Gonzalez Gloſſ. 5. §. 1. & in hoc ultimo ſignificatu capi debet in cap. illa ne ſede vac.

13 *Ex quo toleratur in officio, rata eſſe debent.* Videtur quod communis error non faciat jus in ſpiritualibus, & hoc tenent Bald. in l. mutat, cod. de liberali cauſa Abb. in cap. ſi verò circa finem, de ſent. excom. Felin. in cap. Rodulfus col. 2 de reſcript. contradicit Flamin. de reſig. lib. 7. q. 24. n. 47. quia nullam a't eſſe differentiam quoad hoc inter ſpiritualia & temporalia, Innoc. in cap. de ſchiſm. Gloſſ. in cap. dudum 2. de elect. & quod dicunt Baldus & alii procedere in ſacramentalibus, & hęc eſt veritas. Circa materiam legis, Barbarius Philippus, notandum quod cõmunis error non juvat ubi deeſt auctoritas ſuperiori; nam lex Barbarus fundat ſe ſuper communi errore & ſuper

auctoritate ſuperioris, Panorm. in cap. nihil n. 11. de elect. obſtare videntur cap. querelam eod. tit. & cap. conſultationibus, de jure pat. in quibus patet quod ſufficit ſola poſſeſſio ad validitatem actus. Sed jura illa loquuntur quando jus non reſiſtit poſſeſſioni, ibid.

## DE QUASI POSSESSORE CONFERENDI.

### SUMMÆ RERUM.

1 *Quaſi poſſeſſio conferendi.*
2 *Fructus poſſeſſorem ſequuntur.*
3 *Vnus actus quando tribuat poſſeſſionem.*
4 *Mala fides an poſſeſſ. quærat.*
5 *Poſſeſſor malæ fidei non lucratur fructus.*
6 *Scientia neceſſaria in incorporalibus.*
7 *Poſſeſſio ultima attenditur.*
8 *Poſſeſſio ſecunda an injuſta præſumatur.*

### CAPUT V.

SUFFICIT autem eum qui confert beneficium, eſſe in quaſi poſſeſſione conferendi: licet apud eum non ſit proprietas. 1 *Quaſi poſſeſſio conferendi.*
a Sic enim dicimus in electione b & præſentatione. c Adeò quidem, ut proviſus à poſſeſſore, præferatur ei, qui à vero collatore jus habet. d Annumeratur enim 2 fructibus collatio. e Fructus autem poſſeſſorem ſequuntur, non dominum. f Sanè *Fructus poſſeſſorem ſequuntur* cum ſimus in actibus, qui familiaritatis jure concedi non ſolent: unico actu conferendi, *Vnicus actus* quæritur hæc quaſi poſſeſſio. g ſi tamen eſ- *quærit quaſi* fectum habuit collatio: h Alioqui diceretur *poſſeſſionem,* labia ſua tantum poſſidere. i Nec oberit poſſidenti mala fides: cum qua etiam incorpo- 3

a c. cum olim. de cau. poſ.
b c. querelam. de elect.
c c. conſultationibus, & c. ex literis, de jure patron.
d Panor. d. c. conſultationibus. in fin.
e Gloſ. c. cum olim. de major. & obed.
f l. bonæ fidei. ff. de acquir. rer. do. § ſi quis à non domino. de re divi.
g l. j. § quæſitum, ff. de aqua quoti. c. cum de beneficio. de præb. in vj. gloſ. c. cum Eccleſia. de cauſa. poſſeſ.
h Innoc. c. ij. de in inte. reſtit.
i Pan. c. cum olim. iiij. not. de cauſ. poſſ.

*Malæ fides quærit poſſeſſor malæ fidei non lucratur fructus.*

ralibus, quaſi poſſeſſio acquiritur. [k] Licet ad effectum collationis, aut alterius actus, bona fides deſideretur. [l] Hoc eſt, ut credat qui confert, ſe id jus habere. [m] Neque enim facit fructus ſuos malæ fidei poſſeſſor. [n] Scientiáque & patientia, eorum quorum intereſt,
4 requiritur. [o] Sine quibus, in incorporalibus,
5 non acquiritur quaſi poſſeſſio. [p] Ultima au-
6 tem & immediata collatio ſpectatur. [q] Actus
7 enim medius poſſeſſionem interrumperet. [r] Nec nos moverit, quod ſecunda poſſeſſio, in dubio clandeſtina præſumatur, & injuſta:
8 [ſ] ideóque vincat cæteris paribus in interdicto retinendæ, qui antiquiorem poſſeſſionem probat. [t] Nam hæc præſumptio ceſſat, ubi conſtaret, veterem poſſeſſorem, poſterioris ſcientiã habuiſſe, nec contradixiſſe. [u] Ex hoc enim videtur prior poſſeſſio interrupta. [x]

*Poſſeſſio ſecunda quando clandeſtina.*

k Inno. d. c. cum Eccleſia.
l Panor. d. c. conſultationibus & d. c. cum Eccleſia. num. xxvj.
m cap. ſi virgo. xxxiiii q. j
n c. gravis. de reſti. ſpo.
o Innoc. d. c. ij Decius cxxvj in fin.
p l. ij. c. de ſer. & aqu.
q l. ſi mater C. ne de ſta. defun. d. c. cum Eccleſia Old. cccij.
r d. c. cum olim. ubi Panor. iiij. not.
ſ cap. licet cauſam. de prob.
t Bart. l. ſi duo. col. ij. ff. uti poſſid.
u l pl. l. non ignorabit. C. ad exhib.
x l clam. §. qui ad nundinas. ff. de acqui poſ.

## SOLIER.

1 *Ut proviſus à poſſeſſore præferatur ei qui à vero collatore jus habet.* Ex unica collatione ſortita effectum acquiritur poſſeſſio conferendi, Gloſſ. in cap. cum Eccleſia de cauſ. poſſ. & propriet. in verb trium, Flamin. de reſig. lib. 7 q. 23. n 41. Louet. & Brodel. lit. p. n. 20. modo adſit bona fides, cum ſcientia & tolerantia proprietarii, Joan. Deſelva p. 2. q. 7. ex n. 3. Paſtor lib. 1 tit. 18. n. 17. niſi verus collator poſſeſſorem in conferendo prævenerit, aut ambo eodem tempore contulerint Paſtor dicto lit. I. tit. 9. n. 7. & 9. Etſi enim per unum collationis actum poſſeſſionem amiſit, proprietatẽ tamen non amiſit, atque ita in poſſeſſionem amiſſam debet redintegrari.

2 *Si tamen effectum habuit collatio.* Si tamen conſtet de collatione præſumitur effectum ſortita, niſi contrarium probetur, ſicut præſu-

mitur conſumptio turni eo ipſo quod ex adverſo docetur de collatione facta, quamvis non doceatur de effectuatione, Gonzalez ad regul. 8. Gloſſ. 45. n. 22.

## DE SEQUESTRO.

### SUMMÆ RERUM.

1 *Sequeſter an conferat beneficia.*
2 *Sequeſtri finis.*
3 *Sequeſter omnis confert.*
4 *Expoſitum. c. cum Bertoldus.*
5 *Laïci non tractant ſpiritualia.*

### CAPUT VI.

SED cur ſequeſter qui non poſſi- 1
det:[a] beneficia confert?[b] Quia
inquiunt prælaturæ fructus percipit:
quibus ſæpè diximus collationes annumerari.[c] Quæ ratio nonnullis diſplicet, cum hi fructus alieno nomine percipiantur:[d] Et alterius nomine collecti fructus reſtitui debeant.[e] non cadat autem reſtitutio, in præterita beneficii collatione,[f] Et quia fieret 2
contra finem ſequeſtri, ad hoc ordinati, ne diſcipentur fructus, ſed futuro victori conſerventur.[g] Alii non ſat bene, ut mea fert opinio, voluntarium ſequeſtrem à neceſſario diſtingunt.[h] Nos breviter putamus non 3
tantum ſequeſtrem voluntarium, hoc eſt ſimultanea partium voluntate electum, conferre poſſe: cum poſſideat,[i] ſed etiam neceſſarium, id eſt Judicis authoritate datum.[k] Cum omnia beneficii jura exercere poſſit,[l] & licet non poſſideat,[m] fructus tamen colligit

*Sequeſter an beneficia conferat*

*Sequeſtri finis.*

*Sequeſter voluntarius & neceſſarius.*

a l. intereſſe. ff. de acqu. poſſeſ.
b Innocen. c. examinata de judi.
c Gloſſ. c. cum alim. de majo. & obed.
d ca. cum Bertoldus, de re judi.
e c. cum contra. de pig. c. j. de uſur.
Panor. ca. ex literis. de jur. patr.
g ca. j. & ij. de ſeq. poſſ. & fruct.
h Sel. q. ix. part. ij.
i l. licet ff. depoſi.
k Glo. § item voluit. de colla. in prag.
l Glo. cle. j. de ſeq. poſ.
m d. l. intereſſe.

colligit. Nec poteſt verus dominus, propter dubium litis eventum conferre. Et intereſt
4 Eccleſiæ vacanti, de clerico quàm citiſſime provideri. Quo fit ut non obſtet Inno. tertii conſtitutio. [n] In qua ideo non præſentat creditor, pignoris nomine tenens jus patronatus: quia ſubeſt perſona legitima, nempè verus dominus, quæ præſentet, quod & alibi attigimus. [o] Hæc autem ita accipi volumus, ſi ſequeſter juris conferendi ſit capax, quia clericus. Namque laïci, ſpiritualia tractare omnimodo prohibentur. [p] Et ideo laïcum ſequeſtrem, nullo caſu conferre poſſe, verius eſt.
5
*Laïcus ſpiritualia non attingit.*

n d. c. cum Bertoldus.

o Lib. iij. Miſcel. c. ij.

p c. decernimus. de judi. c. cauſamque de præſcripc.

## SOLIER.

2 *Ne diſſipentur fructus, ſed futuro victori conſerventur.* Licet fructus à ſequeſtro ſervari debeant, cap. 1. & 2. de ſequeſt. poſſeſſ. & fruct. ſi tamen ſervando ſervari non poſſunt; quia tempore conſumuntur, ſeu corrumpuntur debent vendi & pretium ſervari, l. is cui §. qui ſervandorum, ff. ut in poſſeſſionem legatorum, l. litibus, cod. de agri & cenſi. & l. ult. ff. de requir. reis. Unde cum fructus præſentationis tempore conſumatur, quia infra quadrimeſtre vel ſemeſtre eſt facienda præſentatio, ſervari non poteſt, debet ergo colligi & vendi & pretium ſervari, id eſt debet bene exerceri actus præſentationis & ſecurè ſervabitur pro cautela vincentis, ita Lambert. de jurepat. lib. 1. p. 2. q. 9. art. 3. n. 8. non dicetur tamen ſequeſter præſentare nomine proprio, ſed nomine & pro parte vincentis ut ſubdit in fine.

4 *Quia ſubeſt perſona legitima.* Non eſt ergo ſequeſter omnino ſimilis creditori pignoris;

nam pignus certum dominum habet ſecus vero ſequeſtrum quapropter creditori pignoris non conceditur beneficia providere, quia eſt dominus certus qui providere poſſit; & conceditur ſequeſtri, quia non eſt certus dominus, ſed dubius; ſunt & aliæ rationes quare juſpatronatus non tranſeat ad creditorem cum villa pignorata, ut in cap. cum Bertoldus de re judic. videlicet, quia creditor tenetur reſtituere omnes fructus, vel quaſi quos percepit ex pignore, & ſi fructus conſumpſit, tenetur illos computare in ſortem, cap. ad noſtram, de jurejur. & l. 1. & 2. cod. de pignorat. act. ſed ſi juſpat. tranſiret ad creditorem non poſſet reſtitui quaſi fructus illius juris, nec poſſet dari æſtimatio, quia eſt inæſtimabilis tanquam res ſpiritualis, vel annexa, cap. hoc jure, de jurepat. Unde Felin. in dicto cap. Bertoldus dicit quod capitulum ex literis de jurep. non procedit quando univerſitas bonorum tranſit in eum, qui habet reſtituere fructus, vel eos computare in ſortem, prout & creditor pignoris, tum commodum & incommodum pignoris ad debitorem pertinet, non ad creditorem, l. ſi inter. §. quidquid, ff. de pignorib. ergo non ad hunc, ſed ad illum ſpectabit præſentatio.

# DE CAPITULO SEDE VACANTE.

## SUMMÆ RERUM.

1 *Collatio beneficii eſt donatio.*
2 *Capitulum ſede vacante non confert.*
3 *Capitulum ſuccedit in neceſſariis.*
4 *Capitulum ſede vacante commendat.*
5 *Mandatario fit collatio neceſſaria.*

## CAPUT VII.

1 VERUM enim verò, quoniam collatio beneficiorum, fructibus annumeratur, [a] quos futuro ſucceſſori reſervandos, conſtat: [b] Et donatio quædam eſt, [c] utitur quippè liberalitate prælatus, in cui vult conferendo: [d] donare autem prohibetur is, cui libera honorum adminiſtratio conceditur: [e] capitulum ſede vacante, licet in his quæ ſunt
2 juriſdictionis, plenè ſuccedat: [f] ubi ea jure communi Epiſcopo competunt. [g] Conferre tamen beneficia non poterit. [h] Quamvis beneficiorum collatio, ad Epiſcopum pertineat, jure devoluto. [i] Cum utrobique ſit eadem ratio, & hic caſus, expreſſus in jure non legatur. Negat autem Honorius Pontifex, [k] capitulum dare beneficia ſede vacante: præterquam ubi nominatim à lege cautum eſt. Ut cum ad Epiſcopum & capitulum ſimul ſpectet collatio. [l] Verum licet non ſuccedat in collatione capitulum: [m] electos tamen confirmare poterit, [l] & inſtituere præſentatos, [o] Licet enim collatio, actus ſit voluntariæ juriſdictionis, atque ideo extra territorium

*Capitulum quando conferat*

a Gloſ. c. cum olim. de majo. & obed.
b c. cum vos de off. ordi. c. ſi eo.tit.in vj.
c c.ſ. de ti. vica. in vj.
d c. relatum ubi gloſ. de præb. c. poſt electionem in prin. de concéſ. præb.
e l. contra § ſi filius. ff. pac. l. ſi ius. §. j. ff. de don.
f c. his quæ. c. cum olim de majo. & obed.
g Panor. c. verum nu. 9. de foro compe.
h c. illa ne ſed. vacan.
i Panor. d. c. cum olim.
k d. c. illa.
l c. un. in princ. ne ſede vacan. in. vj.
m d. c. illa.
n d. c. cum olim.
o c. j. de inſtitutio in vi.

etiam Romæ, [p] poſſit exerceri: [q] inſtituere tamen, confirmare, & cætera id genus, neceſſitatis ſunt. Tenetur quippè ſuperior electum, & præſentatum, non indignos confirmare, vel inſtituere. [r] ſuccedit autem capitulum ferè ſemper, in iis quæ neceſſariæ ſunt juriſdictionis. [ſ] Ut & in licentia ordinandorum, [t] abſolutione excommunicatorum [u] & ſimilibus. Cum tunc liberalitas nulla exerceri dicatur. [x] Ideóque nullius præjudicii exiſtimentur. [y] Qua ratione & capitulum, quod dare beneficia non poteſt: œconomum tamen, & adminiſtratorem, Eccleſiæ vacanti præficiet. [z] Et commendare Eccleſiam poterit, donec fuerit proviſum de paſtore. [a] Hoc enim neceſſarium eſt propter moræ, & diutinæ vacationis periculum. [b] Nec futuro ſucceſſori damnum irrogatur, qui liberè poterit commendatarium, nedum œconomum, revocare. [c] Addúntque alii eadem ratione, collationes beneficiorum neceſſarias, capitulum ſede vacante facere poſſe. Ut quæ nominatis fieri debent. [d] Cui ſententiæ, non invitus me oppoſuerim. Cum hic caſus lege expreſſus non ſit. Et in collatione beneficiorum, nunquam ut diximus, vacante ſede ſuccedat capitulum, niſi ubi lege nominatim cavetur. [e] Præterea, quia collatio quæ [f] fit mandatario, neceſſaria videtur, ubi præſertim mandato inſertum eſt decretum, aut præceſſit inhibitio executoris. [f] Et tamen eam ſede vacante, capitulum facere nequit. [g] Nec ab hac mea ſententia, Pontificiæ legis Gloſſarii abhorrere mihi videntur. [h]

3 *Capitulum in neceſſariis ſuccedit.*

4 *Capitulum adminiſtratorem côſtituit.*

5 *Mandatario collatio fit neceſſaria.*

p Gloſſ. §. item circa de colla prag.
q l. ij ff. de offi. procon. gl. c. no. it de offi lega.
r c. nobis & tot. tit. de jur. patr. c. decernimus. xvj. q. vij.
ſ Gl. cle. un. §. j. de here.
t c. cum nullus verſi. Epiſc. de temp. ord. in. vj.
u c. un. de majo. & obe. eo lib.
x l. rem legatam. ff. de adi. leg.
y Hoſtien. & Imol. d. c. illa.
z c. cum vos de offi. ord. Panor. c. cum nobis ulti. not. de elect.
a c. bonæ ubi Panor. nu. 14. de appel. c. ſi. de ſtat. monacho.
b c. is cui de elect. in. vj. juncto. c. ne pro defectu co. ſit. in Ant.
c c. nemo deinceps de elect. in. vj.
d Rebuff. §. ſi quis verò de colla. in concord. & trac. nomina q. 8. & 14.
e d. c. illa.
f c. ſi ſoli de conceſ. præben. in. vj.
g c. eam te de reſcrip.
h Glo. cle. j. §. j. de hæret.

SOLIER.

2 *Licet in his quæ ſunt juriſdictionis plenè ſuccedat.* Atqui in collatione beneficiorum non ſuccedit, cap. illa, ne ſede vac. collatio igitur non eſt juriſdictionis quod eſt veriſſimum ut ſcitè deducit Lotterius de re benefic. lib. 1. q. 21. & lib. 2. q. 2. à n. 4 quia facultas conferendi, Epiſcopo jure magiſtratus non competit; ſed ſpeciali legis conceſſione, pleraque enim expedit, veluti ſibi à ſacris Canonibus mandata, citra Imperium, aut juriſdictionem aliquam cujuſmodi ſunt collationes beneficiorum ſuæ diœceſis, can. omnes Baſilicæ 16. q. 7. conſecrationes & ordinationes, can. interdicimus. 16. q. 1 hæc enim tria expediuntur per Epiſcopum ex officio, præterquam ſi proponantur per modum actionis, cap 2. de offic. ordin. quapropter licet hæc facultas eodem tēpore cum juriſdictionalibus Epiſcopo oriatur, non tamen etiam cum eiſdem tranſit in capitulum ſede vacante, cap. 2. ne ſede vac. quia non juriſdictionis Epiſcopalis, Abbas in cap. cum olim, de majorit. & obed. ſed bene tranſit jus inſtituendi & confirmandi, quia eſt de mera juſtitia & inter juriſdictionalia reputatur, Gambar. de offic. legat. lib. 3. n. 222.

2 *Licet enim collatio actus ſit voluntariæ juriſdictionis, atque ita extra territorium poſſit exerceri.* Diſtinctionem illam quam facit Gloſſ. in l. ult. in verb. non paretur ff. de juriſd. omn. jud. inter voluntariam & contentioſam juriſdictionem ad effectum exercitii extra territorium rejicit Lotterius, lib. 2. q. 2. n. 6. poſt Decium Conſil. 557. n. 10. & 11. & exemplum manumiſſionis & adoptionis quo viſus eſt moveri Accurſius, refertur ad jus ſinguale procon-

ſularis imperii, ut advertit Cujac.lib.1.Pauli ad edictum in interpretatione dictæ legis ultimæ, vera igitur ratio cur Epiſcopus extra diœceſim conferre poſſit eſt, quia collatio non eſt actus jurisdictionis contentioſæ, vel voluntariæ: alias indiſtinctè non poſſet exerceri extra territorium dicta l. ult. ubi Gloſſ. cap. novit ubi præcipuè Abbas de offic legat.

4 *Vt quæ nominatis fieri debent cui ſententiæ non invitus me oppoſuerim.* Capitulum ſede vacante non ſuccedit Epiſcopo niſi in caſibus à jure expreſſis, textus eſt notabilis quem omnes ibi ponderant in cap. ne ſede vac. ibi cum nuſquam inveniatur cautum in jure quod capitulum vacante ſede fungatur vice Epiſcopi in collationibus præbendarum, nec ſufficit eſſe expreſſa generaliter in jure ea, in quibus capitulum ſuccedit Epiſcopo, quaſi includantur ſub regulis expreſſis, ſed neceſſe eſt quod expreſſe de qualibet re fiat mentio & ideo expreſſum fuit de inſtitutione, cap. 1. de inſtit. in 6. quæ alias non tranſiviſſet ad capitulum & tamen eſt juriſdictionis, cap. tranſmiſſa de elect. & cap. ex frequentibus, de inſtit. Item viſitare eſt juriſdictionis Gloſſ. in Clem. 1. de hæreticis & tamen dicta Gloſſ. argumentatur hoc modo; non reperitur expreſſum in jure de viſitatione, ergo non ſuccedit; cum igitur non reperiatur expreſſum, quod capitulum conferre poſſit expectantibus, dicendum eſt conferre non poſſe, accedit quod ait Gloſſ. pragm. §. item voluit in verb. abſentia de collat. nominationes non poſſe inſinuari capitulo ſede vacante, cum non ſit ordinarius collator, & in verb. vicario, eod. §. vicarium generalem ex ſua generali poteſtate non poſſe conferre

nominatis, nec etiam mandatariis cum hoc non reperiatur à jure expreſſum. Idem firmat Rebuff. tract. nominat. n. 7. & Joan. de Selva p. 2. q. 14. Lotterius l. 2. q. 2. n. 29. & 30. vult non alia ratione impediri capitulum conferre beneficium Graduatis, quam quia hoc ſemper eſt conferre & providere, quod non pertinet ad legem juriſdictionis, imò, nec etiam eſt ex lege diœceſana, ſed ex quadam tertia poteſtate Epiſcopo à lege conceſſa, quæ non tranſit in capitulum, tum quia non eſt in jure expreſſum, tum etiam quia cenſetur electa à lege induſtria perſonæ. Sed quicquid ſit de jure, praxis & communis obſervantia, capitulo ſede vacante poteſtatem facit conferendi, nedum nominatis, ſed etiam Graduatis ſimplicibus, juxta ſententiam Rebuff. in §. ſi quis verò in verb. diſpoſuerit, de collat. in concord. probi. ad Gloſſ. Prag. §. item inſuper in verb. abſentia addit. 4. eod. tit. Garc. de benefic. p. 5. cap. 7. n. 81. & aliorum quamvis contrarium velint Matheus Pacus de mandatis Apoſtolicis, p. 4. n. 40. Gloſſ. Pragm. d. §. & Bengeus, pag. mihi 363. n. 63.

# DE VICARIO EPISCOPI.

## SUMMÆ RERUM.

1 *Vicarius quæ ſunt gratiæ non explicat.*
2 *Vicarius non confert beneficia.*
3 *Vicarius an extra diœceſim conferat.*
4 *Beneficii verbo majora veniunt.*
5 *Auditor confert beneficium.*
6 *Vicarius non confert Epiſcopo.*
7 *Devolutio non ſit de vicario, ad Epiſcopum.*
8 *Vicarius vicarii vicario confert.*
9 *Revocationem ignorans ſi conferat.*

## CAPUT VIII.

HIs conſentanea ſunt, quæ de vicario Epiſcopi legimus, ut tametſi quæ ſunt meræ gratiæ, expedire non poſſit: atque ideo ſine ſpeciali mandato non conferat beneficia: [a] Cum collatio ſit donatio [b] quæ non venit in generali conceſſione.[c] Quæ tamen ſunt juſtitiæ, & neceſſitatis, explicet [d] ut dare licentiam ordinandis, [e] abſolvere excommunicatos, [f] confirmare electos, [g] inſtituere præſentatos, [h] & conferre beneficia, ex cauſa permutationis reſignata, ſi poteſtatem recipiendi renuntiationes, ab Epiſcopo habeat. [i] Quam ſententiam, tametſi contradicat Rota, [k] ego veriſſimam puto. Cùm tunc collatio non ſit voluntatis. [l] Neque enim poſſunt hujuſmodi beneficia, niſi permutantibus conferri. [m] Et communis uſus receperit, ut eodem contextu, quo admittitur utriuſque renuntiatio, utriuſque collatio pariter fiat. Unde cum hæc non recipiant ullum temporis intervallum, conceſſione unius, alterum quoque demandatum, neceſſariò dici debet,

1 (margin, beside "His conſentanea")
2 *Vicarius quæ beneficia conferat.* (margin, beside "inſtituere præſentatos")

a c. ſi. de off. vica. in vj.
b c. relatum de præben. cap. poſt electionem de conceſſ. præb.
c l. contra §. ſi filius ff. de pac l. filius. § j. ff. de dona.
d Gloſſ. §. item voluit de colla. prag.
e c. cum nullus. verſi. Epiſc. de temp. ord. in vj.
f c. un de majo. & obedien. in vj.
g c. ex frequentibus de inſti. glo. d. c. ſi.
h d. c. ex frequentibus Roma. ſing. 601.
i Geminia. d. c. ſi. de offi. vicar.
k Rot. xliij. in Ant.
l l. unum. §. j. ff. de leg. ij.
m cle. j. de rer. permu.

debet, [n] Porrò autem vicarius ſpeciale mandatum habens, beneficia procul dubio
3 confert. [o] Etiam extra diœceſim, [p] cùm collatio ſit actus voluntariæ juriſdictionis: [q] quæ extra territorium exerceri poteſt. [r] Et vicarius ſicut Epiſcopus ordinarius ſit: Ordinarius autem, ubicunque etiam extra diœceſim, conferre valeat. [s] Quam ſententiam uſu ſervari, docti viri teſtantur. [u] Nec obſtat Gregor. X. [x] conſtitutio, quæ in caſu ſpeciali nempe in beneficiis vacantibus in curia, loquitur. [y] Poterit quoque vicarius, mandatum habens ad conferenda beneficia, dignitates conferre. [z] Beneficii nam-
4 que verbo, ( ut alibi dictum eſt, ) in tractatu favorabili, omnia in univerſum beneficia, etiam ſuprema continentur. [a] Eadem ratione dicamus, auditorem, à Papa in curia
5 Romana deputatum, (cui poteſtas eſt poſt ſententiam conferendi beneficium: [b]) dignitatem quoque, ſi de ea controverſia fuerit, ju-
6 re conferre. [c] Ipſi tamen Epiſcopo nullum poterit vicarius conferre beneficium. [d] Cùm enim cenſeantur unum corpus, [e] ideóque de vicario ad Epiſcopum, non fiat devolutio:
7 [f] Sed ſuæ facilitati debeat Epiſcopus imputare. Qui tam imprudentem vicarium eligit. [g] Sicut nec ſibiipſi, ita nec Epiſcopo, conferre beneficium poterit Vicarius. [h] Quamvis delegatus à vicario, habente poteſtatem ſubſtituendi poſſit vicario conferri. [i] Cùm ſubſtitutus hic, ab Epiſcopo poteſtatem capiat, non à vicario, [k] Unde jure Epiſcopi non vicarii ſubſtituentis, conferre videatur. [l] Enimvero ſi à vicario revocationem ignorante
8 collatum fuerit beneficium, tenet collatio,

*Vicarius extra diœceſim confert.*

*Beneficij verbo beneficia veniunt.*

*Auditoris poteſtas.*

*Vicarius non confert Epiſcopo.*

*Revocationē ignorans.*

n l. iij §. fin. ff de pen. leg. l. veteres. ff. de it. n. l. ij. ff de juriſd. c. præterea. c. ſuſpitionis. de offic. deleg.
o d c. fin. de offic. vic. in vj.
p Gloſſ. § item voluit de collat. prag.
q c. poſt electionem. de conceſſ. præb.
r l. ij. ff. de officio procóſ.
s Pan. c. duobus. de re judic.
t Gl. c. novit. de off. leg.
v. Boer. deciſ. xxx.
x c. ſtatutum. de præb. in vj.
y Geminia. d. c. fin
z. Rot. ccccxxxvij.
a c. j. de maled. cap. ii. de præb. in vj.
b Cle. auditor. de reſc.
c Gloſ. d. clem. auditor.
d Rip. reſp. xxiij. tit. de reſcript.
e c. ij. de conſuc in vj. c. Romana. in prin. c. de appel. eod. lib.
f Rebuff. tractat. no. q. xiiij. num. lxiij.
g § præterea qui. ned re cont oblt. §. fina. de ſociet.
h c. fin. de inſt. c. per noſtras. de ju. patr.
i Rebuff. ubi ſup. & in §. præfatique credit. rij de coll. prag.
k c. j. cum not de offic. vicar. in vj.
l l. item. § decuriones. ff quod cujuſque univerſ.

m Ut enim juriſdictionem non acquirit vicarius, priuſquam ſciat, ita nec ignorans ademptam fuiſſe, illa n amittit. n Nec impedit, renuntiationis aut alterius actus effectum, revocatio procuratoris non intimata. o

m l. ſi forte. ff. de offic. preſid Innoc. c. ex conqueſtione. de reſt. ſpol.
n cap. Eccleſia. ij. utlit. pendent cap audita. de reſtit. ſpoliat.
o cap. ex parte Decan. de reſcript. clem. un. de renuntia.

## SOLIER.

1 *De vicario Epiſcopi.* Intellige de vicario generali qui ſicut Epiſcopus ordinarius eſt, gloſ. in cap. 2. de officio vicar. in 6. & facit unum conſiſtoriũ ſeu tribunal cum Epiſcopo, habens generalem commiſſionẽ per totam diœceſim & dicitur principalis, Clem. & ſi principalis ubi gloſſ. de reſcript. & ideo ab eo non poteſt appellari ad Epiſcopũ, cap. Romana, de appellat. & poteſt eſſe Delegatus Apoſtolicus, tanquam habens dignitatem d. Clem. etſi principalis & ibi Gloſſ. & DD. Secus de Foraneo, ad certos actus vel cauſas in aliqua parte diœceſis conſtitutus; nam iſte dicitur delegatus, nec facit unum conſiſtorium cum Epiſcopo, undę à tali vicario appellatur Epiſcopus, vel vicarius generalis, dicta Gloſſ. in verb. Foraneo. An autem vicarius ſine ſpeciali mandato poſſit conferri graduatis, dicetur infra p. 4. cap. 4. n. 13.

*Ebd. quæ ſunt meræ gratiæ expedire non poſſit.* Ergo ex generali mandato diſpenſare non poteſt, Rebuff. in praxi tit. forma vicariatus à n. 44. Cuchus inſtit. lib. 2. tit. 8. n. 111. Garc. p. 5. cap. 8. n. 47. & ſic in terminis Concil. Trid. ſeſſ. 24. cap. 6. de reform. non poteſt vicarius generalis Epiſcopi diſpenſare in irregularitatibus, & ſuſpenſionibus ex delicto occulto provenientibus, quamvis Epiſcopus poſſit: non requiritur tamen quod ſit vicarius

ad id ſpecialiter deputati s,ſed ſufficit in genere dare facultatem diſpenſandi. Item non poterit denunciationes matrimonii remittere, & ſi in mandato exprimitur aliquid requirens mandatum ſpeciale adjecta clauſula generali, & ad omnia alia etiamſi mandatum exigans ſpeciale, poterit vicarius etiam alia facere quæ requirunt mandatum ſpeciale, cap. qui ad agendum de procurat. in 6. & ibi DD. & multo minus poterit conferre beneficia ſine ſpeciali mandato, cap. fin. de offic. vicar. in 6. aut præſentare, Lambertin. de jurepat. p. 3. lib. 2. q. 1. art. 5. n. 2. imò data poteſtate conferendi, non poteſt præſentare, cum ſint diverſa, cap. cum in illis, de præb. in 6. quamvis contrarium velit Lambertin. p. 1 lib. 2. q. 4. art. 4. & Azor. lib. 3. cap. 44. q. 10. hæc Garc. quem vide p. 5. cap. 7. uſque ad n. 84.

3 *Et vicarius ſicut Epiſcopus ordinarius ſit.* Hoc non eſt abſolute verum in collatione beneficiorum, de qua hic, cum non veniat in generali mandato ut contra Coraſium noſtrum advertit Garc. ubi ſupra, n. 129. ſed cum nulla congrua ratio poſſit aſſignari quominus liceat vicario ſicut Epiſcopo extra territorium conferre, non refert quoad hoc ſit ordinarius vel delegatus, ex quo juriſdictio voluntaria etiam delegata, ſeu conceſſa ab inferiore poteſt extra territorium exerceri. Idem dicendum de inſtitutione & confirmatione ſi fiat abſque ſtrepitu judicii & non adſit contradictor, alias ſecus, Garc. ibid. n. 138. & ſeqq.

# DE EXECUTORE.

## SUMMÆ RERUM.

1 *Executor quando conferat.* 2 *Executor non reſervat.*

## CAPUT IX:

QUOD verò ad executorem pertinet, ſiquidem is ad compellendum duntaxat datus ſit, beneficii conferendi non habent poteſtatem. [a] Ad providendum verò deputatus, non tantum confert, ſed etiam collationem ei ad quem ſpectat jure communi, interdicit. Et ſicut legatus de latere, collationi ſuæ reſervat. [b] Licet de beneficio nondum vacante, providere nequeat. [c] Aut reſervationem beneficiorum facere generalem. [d] Et hæc in hanc partem, qua de perſonis collatorum egimus compendiosè, dicta volui. Valentiæ. viij. Novembris. 1546.

1 *Executor quādo conferat.*

2 *Executor non reſervat.*

a cap. ſi ſoli de conceſ. præbend. in vj.

b c. i. c. ſi capitulo, eod. tit. in vj.

c propoſuit de conceſ. præb. in Ant.

d c executor. eod. titul. in vj.

## SOLIER.

1 *Siquidem is ad compellendum dumtaxat datus ſit.* Alias mandata Apoſtolica de providendo, dum pro tempore vigerent tres literarum ſpecies ſeu formulas continebant; primò monitorias, ſecundò præceptorias, tertiò executorias, de quibus ad nauſeam tractant Auctores Claſſici, & quæ jamdiu ab aula receſſerunt, una cum mandatis hujuſmodi, à Concil. Trid. ſeſſ. 24. c. 19 de reformat feliciter ſublatis; nullus igitur hîc ſermo habendus de executore literarum ad vacatura, ſed tantum de executore literarum ſeu gratiarum de beneficiis va-

cantibus notabiliora attingam. & 1. requiritur receptio & præſentatio literarum, ut executor poſſit procedere, cap. ſuper eod. de appellat. 2. Directas vicario ſeu officiali. Epiſcopus non poteſt exequi; nam delegatio ſeu commiſſio facta vicario non cenſetur ab Epiſcopo, Garc. p. 6. cap. 1. n. 19. ſicut è converſo non poteſt vicarius ſe intromittere in cauſa ſeu juriſdictione Epiſcopo delegata, ibid. n. 22. ubi n. 26. reſpondet ad text. cap. cam te de reſcript. 3. Iuriſdictio delegata vicario per ejus obitum vel remotionem ab officio expirat & non tranſit ad ſucceſſorem, quia dignitas vicarij extinguitur, & ſic dignitatem non reperit, quæ delegationem ſuſtineat ut in dignitatibus perpetuis Bart. in l. more majorum in fine & alij ff. de juriſd. omnium judic. Contraria tamen ſententia eſt æquior & uſu recepta, Panor. in cap. quin Abbas n. 10. & 11. Garc. d. loco. n. 34. 4. Vicarius capituli ſede vacante non poteſt exequi literas in forma dignum, & diſpenſationes directas officiali ſeu non vicario Epiſcopi, cum ſit vicarius Epiſcopi ſed juriſdictionis Epiſcopalis, Gloſſ. in Clem. etſi principalis, & ibi DD. de reſcript. quamvis contrarium velint Molin. ad Regul. de infirmis n. 271. Flamin. de reſig. lib. 3. q. 11. n. 19. Paſtor de benefic. lib. 2. tit. 13. n. 3. præter alios quos citat Garc. ubi ſup. n. 42. 5. executores literarum in forma dignum poſſunt alteri committere vices ſuas, etiam quoad examen nonobſtante clauſula, ſuper quo conſcientiam tuam oneramus, quia per eam non cenſetur electa induſtria perſonæ, nec prohibita ſubdelegatio, ſed potius ſonat in monitionem & excitationem Abb. in cap. ult. §. 1. de offic. delegat.

# PARAPHRASIS
## in tractatum Sacerdotiorum.

### PARS TERTIA.

### QUALES EOS ESSE OPORTEAT, QUIBUS beneficia conferuntur de Clericatu.

### SUMMÆ RERUM.

1 *Tonſura confert ordinem.*
2 *Sanctimonia ſupplet defectum.*
3 *Probitas regulas juris mutat.*
4 *Clericatus non præſumitur.*
5 *Clericatus ſcripto probandus.*
6 *Presbyteratus literæ ordines non probant.*

### CAPUT I.

1 OFFERT ſeſe nunc tactanda, perſonæ qualitas, cui de beneficio, provideri debet. Et in primis conſtat, ſacris eam initiatam eſſe oportere. [a] Cùm laïcus, ſpiritualium jurium capax non ſit, [b] adeò quidem, ut licet ſatis ſit promovendum, primam habere tonſuram: [c] cum per eam conferatur clericalis ordo: [d] non tamen ſufficiat animi deſtinatio, [e] concurrente etiam habitu clericali. [f] Etiam ſi eſſet regularis converſus, qui licet Innocent. Secundi privilegio [g] frua-

*Tonſura confert ordinem.*

a c. cum adeò. de reſcr. c. ex literis. de tranſact.
b c. decernimus. de jud. c. cauſamque de præſcri.
c d. c. ex literis. ubi Panor. iiij. not.
d c. cum contingat. de ætat. & qualit.
e l. ex co. ff. de milit. teſta
f Panor. & alii. c. ij. de inſtit. & in d. cap. cum adeò.

tur, [h] ſpiritualis tamen non eſt, unde benefi-
cia, aut alia ſpiritualia jura, quæ non niſi ſpi-
ritualibus ſunt committenda perſonis, [i] ante
tonſuram, habere non poteſt. [k] Nec enim
ſola voluntate, perſonæ, ſicuti nec res ſpiri-
tuales fiunt. [l] Quando non ſoleat pro per-
fecto deſtinatum haberi, [m] idque Bonifac.
viij. in perſona nepotis ſui, ſervaſſe canoniſtæ
2 referunt. [n] Ob eximiam tamen vitæ ſancti-
moniam, & ſingularem viri probitatem, etiam
ad Epiſcopatum, laïcum evehi poſſe, pleri-
que putant. Nicolaï, Severi, & Ambroſii
exemplo adducti. Hic enim, nondum ex
aqua baptiſmi, ſpiritualiter renatus: illi verò
ex lanificio aſſumpti, in Epiſcopos ſunt ele-
cti. [o] Nec eſt novum propter inſignem vitæ
3 integritatem, contra juris regulas, aliqua con-
ſtitui. [p] Licet enim conſanguineorum, fa-
miliariúmque judicium & teſtimonium, ſuſ-
pectum ſit: [q] nec ſoleant subornationis me-
tu, poſt publicata teſtimonia recipi teſtes: [r]
notæ tamen probitatis homo, & judex, &
teſtis, in cognatorum atque adeò fratrum ne-
gotiis poterit eſſe. [s] Nec publicatis licet at-
teſtationibus, in ejus cauſa, teſtes recipi pro-
hibentur. [t] Quando non ſit veriſimile, inte-
græ, & exploratæ fidei hominem, teſtes ſe-
duxiſſe aut ſubornaſſe, [v] quod & aliis multis
Jaſon comprobat, [x] doctorum authoritatibus
duntaxat pro more ſuffultus, quæ tamen nec
ſatis fundatæ ſunt nec ut arbitror, in judiciis
reciperentur. Et quæ ex hiſtoria, de Nico-
lao, Severo, & Ambroſio prodidimus, [y] per
Dei de Nicolao, revelationem, aut ſubi-
tam columbæ ſuper Severi caput quieſcientis
terræque pro Cathedra. Ambroſio exurgen-

*Vitæ ſanctitas.*

*Integritas vitæ juris regulas immutat.*

*Miracula.*

g cap. ſi quis ſuadente. xvij. q. iiij.
h cap. non dubium. ubi gloſſ. de ſent. excom.
i c. decernimus. de ju.
k Innoc. Panor. & cæteri. d. c. ij.
l l. iij. c. de furt.
m l. cætera. §. ſed & ſi. ff. de legat. j.
n Archid. c. nulli xij. q. j. doct. d. c. cum adeò.
o c. ſtatuimus. §. his omnibus. l. j dist.
p l. ſi à bonæ fidei. ff. de re vend. c. in literis, de teſtib.
q. l. qui juriſdiction. ff. de juriſd. l. idonei. cum vulg. ff. de teſtib.
r Aut. at qui ſemel. c. de prob. cle. ſi. de teſtib.
s Specu. titu. de jud. de leg. §. ſupereſt. imol. c. cum R. de offic. de eg.
t Bald. c. præterea de teſt. cog.
v l. non omnes. §. à ba baris. ff. de re mil. d. l. ſi à [illegible] ſ. fd.
x Jaſ. l. jubemus. c. de jud.
y d. c. ſtatuimus. §. his omnibus.

tis viſionem contigerunt. [z] Unde divina ſunt, & admiranda quædam miracula, quæ in humanæ actionis exemplum produci non debent. [a] Clericatus autem qualitatem non 4
præſumi, cum non à natura, ſed extrinſecus veniat manifeſtum eſt. [b] Proindéque allegatam probare oportebit. [c] Non quidem teſtibus, jure civili, ſed literis Epiſcopi, [d] quas teſtimoniales vocant. [e] Licet Pontificia lege ſit receptum, Clericatum teſtibus, [f] atque adeo unico teſte, [g] probari poſſe. Sed nec 5
ſatis eſſet Sacerdotii, ſeu presbyteratus proferre literas, [h] niſi priores omnes ordines, 6
nempe, tonſura, ſubdiaconatūs & diaconatus à proprio Antiſtite, aut ab alieno cum literis dimiſſoriis, ſuſcepti quoque probentur. [i] Alioqui per ſaltum promotus præſumetur, [k] quo caſu non valet proviſio ei facta, quomodocunque de beneficio. [l]

*Litteræ teſtimoniales.*

z Archid. d. §. his omnibus.
a c. ſi. §. ſi. in ſi. iiij. quæſtio. iij.
b Innoc. c. ſuper his de accuſa.
c l. ſi per alium §. ſi. ff. ne quis eum. doc. c. ſi judex laicus de ſen. exc. in vj.
d l. ſi qua. c. de epiſ. & cleri.
e Guid. pap. q. 582.
f c. ij. & iij. de cler. pereg. doct. d. l. ſi, qua.
g Bal. d & Felyn c. licet univerſi. de teſtibus Boer. q. clxxj.
h Bar. l. illud. ff. de acqui hæred.
i Inno. & Fely. d. c ſuper his. Chaſſ. tit. des juſtices. §. vj.
k Bur. c. ı de cle. pereg
l Præpoſ. c. ſolicitudo. liij. diſt.

## SOLIER.

1 *Ante tonſuram habere non poteſt.* Sed num ſaltem præſentari poterit proxime clericandus? Negant Duarenus de benefic. lib. 4. cap. 6. Roſinia. de benef. cap. 39 & 40. & alii omnes. Valet tamen præſentatio de eo qui tempore ipſius præſentationis factæ, coram ordinario eſt Clericus, licet tempore factæ nominationis ſeu ſcripturæ præſentationis, non eſſet Clericus, quia præſentatio intelligitur tantum, quando fit ſuperiori, alioquin dicitur magis nominatio, & ſic licet patronus præſentandum nominet, & tradat nominato inſtrumentum præſentationis, tamen antequam ſit præſentatum ſuperiori, non habet jus in re, nec ad rem, nec ullum jus acquirit ex nominatione ante actualem præſentationem, Go-

mes

mes. ad regul. de non toll. q. 1. & conſequenter poterit patronus, etiam Eccleſiaſticus, variare & revocare literas præſentationis, ut notat Gloſſ. in cap. 1. de jurep. in 6. ad finem, Garc. p. 7. cap. 1. à n. 32. Clericus tamen ordinatus & non confirmatus Sacramento Chriſmatis, validè nihilominus dicitur ordinatus Lotter. lib. 3. q. 36. n. 47. poſt Sayr. de Sacram. lib. 4. cap. 3. q. 1. n. 4. quamvis Concil. Trid. ſeſſ. 23. cap. 4. prohibeat, ne prima tonſura initientur qui ſacramentum Confirmationis non ſuſceperint.

3 *Columbæ.* Columbam hanc olim advolantem & aſſumendi præſulis capiti inſidentem, longius advolaſſe fugatam per corvum aut noctuam, & amplius non redituram exclamat Ioan. Andreas in cap. quia propter, de elect. ideóque rara eſt hodie ne dicam nulla per inſpirationem electio.

4 *Non quidem teſtibus jure Civili, ſed literis Epiſcopi.* Ordinatio probatur per ſigillum Epiſcopi, ſi notum ſit. cap. extraneo diſt. 71. l. Si qua per calumniam in fine cod. de Epiſc. & Cleric. & ſi quis perdiderit literas, probet amiſſionem & tenorem ipſarum, & quod ſine vitio fuerint, cap. cum olim in fine de privileg. vel per teſtes cap. tuæ fraternitatis de Cleric. peregrinis. Imò ſi quis longo tempore reputatus Clericus exiſtens in quaſi poſſeſſione beneficii etiam curat., habet fundatam intentionem, licet non habeat literas ordinum quia præſumitur ordinatus, Hoſtien. Anton. de Butrio Abbas & communiter in cap. illud, de præſumpt. Flam. de reſig. lib. 13. q. 5. n. 111. & diu habitus pro Sacerdote, præſumitur ad Sacerdotium ordinatus, Innoc. in cap. fin.

de eo qui furtivè ordin. recep. Lambertin. de iurepat. p. 1. lib. 1. q. 2. art. 7. n. 7. ad hæc tonſura probatur enunciatione facta in literis ordinum, ob fidem debitam ordinanti Paſtor de benefic. lib. 3. tit. 21. in fine. vel in arreſto in quo dicatur viſa tonſuræ litera, Ducloſ. ad Flam. lib. 7. q. 29. n. 5. niſi colluſorio judicio datum ſit. idem ſubdit ut ubi tamen ageretur de beneficio aut alia re magni momenti in qua verſaretur grave præjudicium non poſſet tonſura, niſi ſcripto probari, juxta ordinationem Molinen. art. 55.

## DE SPURIIS NON PROMOVENDIS.

### SUMMÆ RERUM.

1 *Illegitimi beneficiorum incapaces.*
2 *Spurius quandoque Papa creatur.*
3 *Gratianus ex adulterio natus.*
4 *Monachiſmus omne vitium purgat.*
5 *Epiſcopus an cum illegitimis diſpenſet.*

### CAPUT II.

EX his patet, ſpurios, & alios 1
*Spurij non promoveantur.*
non ex juſtis nuptiis natos, per ſequens matrimonium, [m] aut Papam, [n] non legitimatos, [o] ſecularium dignitatum quamtumvis capaces, [p] ab Eccleſiaſticis tamen beneficiis repelli. [q] Cum nec ad ſacros ordines, etiam minores, citra diſpenſationem, [r] promoveantur. [s] Tum ob ordinis prærogativam, & excellentiam, quam indignum nimis eſſet, turpiter natis conferre, [t] tum in deteſtationem paternæ incontinentiæ, [u] cujus exemplum

m c. tanta. qui fil. ſint legit.
n §. ſi. quib. mo. nat. effi. ſui. coll. vij.
o Gl. §. inter eos de nume & quali. Cardin. prag.
p l. generaliter. §. ſpurios. & l. ſpurij. ff. de decuri.
q c. innotuit de elect. c. j. & iiij. diſt.
r c. j. de fil. presb. in vj.
s c. j. eo. tit. in ant.
t c. inter dilectos de ex ceſſ prælat.
u c. Eccleſia. j. q. iiij.

in filiis, lex non ſine cauſſa timet.[x] Recepto vulgo diverbio.

*Sæpe ſolet ſimilis filius eſſe patri.*[y]

2 Tanta fateor poteſt eſſe morum honeſtas, & vitæ ſanctimonia, ut non tantum ſacris initiari, ad Eccleſiaſticumque beneficium promoveri, z verumetiam ad ſupremam Papatus dignitatem, ſpurius evehi poſſit.[a] Idque Gra-
3 tianus, (qui & ipſe ex adulterio natus perhibetur:) multis confirmat exemplis.[b] Spurius præterea, qui Monachiſmum, aut regularem ordinem profitetur, jure ſacris initia-
4 tur.[c] Cum abſtergat humanam omnem maculam Monachalis vita.[d] Adeo quidem, ut per eam ingratitudinis vitium deleri, à Gratiano, ex novella proditum ſit.[e] Quo nomine, Gratianus Monachus, in Monachorum cauſa pleriſque ſuſpectus eſt.[f] Cum nullum in novella Juſtiniani tale caput legatur. Sed poteſt utrumque defendi, Gratiani ſententia, ex jam
5 dicta Juſtiniani conſtitutione.[g] Denique cum illegitimè natis Epiſcopus diſpenſat,[h] Præterquàm in Epiſcopatu[i] & Eccleſia paterna.[k] Ad quæ ex ſolius Romam Pontificis diſpenſatione, ſpurius promovetur.[l]

*Spurius quandoque Papa creatur.*

*Gratiani natales.*

*Monachiſmus abſtergit omnem maculam.*

*Epiſcopus cum ſpuriis diſpenſat.*

x l. quiſquis. §. filii. c. ad l. jul. maie.

y Gl. c. fi. de fil. præsb. in vj.

z c. literas. c. ij. in ant.

a c. Oſius. lvj. diſt.

b d. c. Oſios.

c c. j. de fil. præb. c. ij. lvij. diſt

d §. j in princ. de mona. col. j.

e c. fi. xix. q. iij.

f Alciat. Parerg. iiij. c. xxiij.

g d. §. j. de Mon. h

h c. veniens. c. ex tenore. c. [illegible] miſſa. de fil. presb. gl. d. c. ij. lvj. diſt.

i c. innotuit de elect.

k c. dilectus de fi. presb.

l Gl. d. c. ij. & d. c. dilectus. Panor. c. fi. de fil. presb.

## SOLIER.

4 *Cum abſtergat omnem maculam monachalis vota.* Quoad ordines non etiam quoad beneficia cap. 1. de filiis præsbit.

Eod. *Cum nullum in novella Iuſtiniani tale caput legatur.* Hoc caput expreſſe habetur apud Julianum antecesſorem nouvel. 123. cap. 59. in quo aliqui Gratianum reprehenderunt, qui hanc Juliani epitomen non viderunt, ut notatur in calce dicti cap. ult. 19. q. 3.

5 *Cum illegitimè natis Epiſcopus diſpenſat.*

*præterquam in Epiſcopatu & Eccleſia paterna.* Quin imò dicendum eſt Epiſcopum diſpenſare non poſſe cum illegitimis niſi ad ordines minores & beneficium unicum ſimplex, cap. 1. de filiis Presbyter in (*6.* quamvis & in ipſis jus diſpenſandi Epiſcopis deneget paſtor de benefic. lib. 3. tit. 25. n. *6.* ſed male, ut ibi dixi.) Ut ad dimidiam portionem in cathedrali. Flamin. de reſignat. lib. 2. q. 1. n. 117. & ad Canonicatum in collegiata, Belletus in diſquiſit. Clericali p. 1. tit. 1. §. 3. n. 27. verum poteſtas Epiſcopi vix poteſt extendi, quando diſpenſandus eſt illegitimus ex conjugata, Epiſcopo vel religioſo, ut vult Rebuff. conſ. 3. ſed cum textus in d. cap 1. ſit collocatus ſub titulo de filiis Presbyterorum, & aliis illegitimè natis, indiſtinctè intelligendus eſt, prout jacet, de quocumque defectu, ſive ſit ſpurius, ſive adulterinus, ſive naturalis, unde licet id ſit de ſtylo explicandum, non tamen reddit difficiliorem diſpenſationem, cum ad illius conceſſionem ſolummodo conſideretur, quod ſi omnes æque vitio alieno laborent, ac propterea æquè venia digni ſunt. Sayrus, de cenſuris, lib. *6.* cap. 11. n. 8. Corrad. in praxi diſpenſ. apoſt. lib. 3. cap. 1. n. 19. contrarium tamen ſcripſit Paſtor de benefic. d. lib. 3. tit. 25. n. 7. ubi ad validitatem diſpenſationis, expreſſionem qualitatis partus requirit, quod ſatis placet.

*Eod.* *Et Eccleſia paterna.* Quamvis filius egeat 5
diſpenſatione apoſtolica ad obtinendum beneficium patris, pater tamen poteſt obtinere beneficium filii abſque ulla prorſus diſpenſatione, ſive mediatè ſive immediatè, ſive legitimus ſit, ſive illegitimus, quoniam titulus de

filiis presbyt. & Concil. Trid.ſeſſ.25. c. 15. de reformat.loquuntur de filiis& non de patribus, & cum ſimus in exorbitantibus à jure & pœnalibus, non debet fieri extenſio, gloſſ.in cap. Apoſtolica.8.q.1.Garc.de benefic.p.7.cap. 5. n. 28. nam parentes ad bona liberorum ratio miſerationis admittit turbato mortalitatis ordine liberos, verò, ad ſucceſſionem parentum vocat ordo naturæ & parentum commune votum, l. ſcripto §. non ſic ff. unde liberi.

## DE ÆTATE BENEFICIANDORUM.

### SUMMÆ RERUM.

1 *Ætas legitima, in beneficiariis.*
2 *Impubes, non eſt Canonicus.*
3 *Impubes, quando capax primæ tonſuræ.*
4 *Cathedralis, & collegiata, Eccleſia.*
5 *Canonicus, quæ ætate ſuffragium ferat.*
6 *Presbyteri ætas.*
7 *Abbatis, & abbatiſſæ ætas.*
8 *Prioratus Conventualis qui.*
9 *Epiſcoporum ætas.*
10 *Inquiſitor quadragenarius.*
11 *Chriſtiana admonitio.*
12 *Hæreticorum judices quales.*

### CAPUT III.

1 *Ætas idonea beneficiariorum.*

PORRO non ſatis eſt, quem ex juſtis nuptiis editum eſſe, niſi legitimæ ſit ætatis.[a] Neque enim pueri cum judicio careant, [b] nec ſtabilem habeant mentem, [c] ut
2 pote rationis expertes, [d] idonei ſunt ad beneficia obtinenda, quibus deſervire non poſſunt.[e] Indecorum eſſet quippè ut Alex.iij. dicebat, [f] eos Eccleſiis præficere, qui non noverunt gubernare ſeipſos. Quæ ratio, cum in ſimplicibus quoque beneficiis ſimiliter, cano-

*Pupilli non ſunt capaces beneficiorum.*

a c. cum in cur̄ctis de elec. de. j. de æta. & qual.
b l. cum prætor. §.pen. ff. de jud.
c l. fi. C de reſti mili.
d c. firmiſſime. xv. q j.
e c. ſuper inordinata de præben.
f c. iij. de æta.& quali.

niis præſertim, (ad quas promoveri debent; 2
qui Eccleſiis conſulere poſſint: g) adverſus
pleroſque, h verius exiſtimo, impuberes ca-
nonicatuum, cæterorumque beneficiorum
ſimplicium, nedum curatorum, jure prorſus
incapaces eſſe. Canoniæ enim, & curata be-
neficia dignitatem redolent i: impuberes au-
tem, ad honores admittendos non eſſe, ta-
metſi cogat neceſſitas jamdiu receptum eſt. k
Niſi tamen ex Papæ diſpenſatione, l aut ſi
talia ſint beneficia, quæ nullam conſilii ma-
turitatem exigant. Ut minora, pro ſervitio ali- 3
quo temporali ordinata, m quæ idcirco laicis, *Tonſura*
(ut ſuo loco dictum eſt) aſſignari poſſunt. n *impubes*
Nec obſtat quod impuberes poſt ſeptennium *capax eſt.*
primam tonſuram recipiant, o & ad minores
ordines promoveantur: p cum enim ordinari
omni ex parte non poſſint ut pote prohibiti,
ad ſacros veluti ſubdiaconatum, diaconatum
& presbyteratum, q promoveri, r hoc neceſſa-
riò nihil infert. quamquam non me fugit, ca- *Cathedralis*
nonicatuum Eccleſiæ Collegiatæ, non Ca- *Eccleſia.*
thedralis, ex Reg. Cancellariæ s pueros, de- 4
cem annorum capaces eſſe. Cathedralis autem *Collegiata*
Eccleſia, & ſi de jure omnis collegiata ſit: t ut *Eccleſia.*
& regularis: u non tamen omnis collegiata eſt
Cathedralis. x Sed ea dicitur, in qua eſt colle-
gium canonicorum, arcam, y tractatúmque
communem, z & commune ſigillum, a haben-
tium. b Puberes verò quæcumque ſimplicia
beneficia, licet rectoriæ ſint, ſtatim poſt xiiij. 5
annum obtinere jure poſſunt. c Licet hodie
Canonicatum adepti, ſuffragium ſeu ut dicunt
vocem, non habeant in capitulo, d niſi poſt
xvij. annum; Curata verò beneficia, ante xxv.
annum haberi nequeunt. e Cum curam anima-

g Card. Alexan. c. de his xxviij. diſt.
h Glo. c. ſi eo tempore de reſcript. in vj. d. c. ſuper inordinata.
i c. ſtatutum in princ. de reſcrip. in vj d c cum in cunctis §. inferiora.
k l. ij. §. fi. ff. de jur. immunita.
l c. ex eo de elec. in vj.
m Panor. d. c. ſuper inordinata.
n Gl. cum M. de conſtit.
o c. fi. de temp. ord. in vj.
p c. in ſingulis. 77. diſt.
q c. à multis, ubi Pan. de æta. & quali.
r c. pueri. j. q. j. cle. fi. de æta. & quali.
s Reg. Cancell. xvij.
t c. novit. c. quanto de ijs quæ fi à præl.
u c. ij. de ſtat monacho.
x Card. cle. ij. col. iij. de æta, & quali.
y l. j. ff quod cujuſcumque univer.
a c. ſignificavit de app.
b Fely c. accedentes ad prin. de præſcri. glo. c. ſicut. §. quibus de elec. prag.
c c. indecorum de æta. & quali.
d Gl. cle. fin. de æta. & quali.
e c. cum in cunctis. §. inferiora de elect.

rum non exerceat, niſi presbyter. [f] Et ad preſbyteratus ordinem. xxv. annum dumtaxat nactus, promoveatur. [g] Idque hodie gratiosè indultum eſt. Nam novella lege [h] Juſtiniani xxxv. annis minores ad ſacerdotium ordinari
6 prohibebantur. Ex Bonifacii verò conſtitutione, ſaltem xxx. annorum eos eſſe oportuit. [i] Et olim. xl. [k] Idémque in Archidiaconatu, Decanatu, præpoſitura, aliiſque inferioribus
7 miniſteriis Eccleſiaſticis traditum eſt. [l] Quibus cum abbatia connumeretur, conſequens eſt in abbate xxv. annum ſufficere. [m] Tametſi in abbatiſſa, quam olim virginem ſexagenariam eſſe oportebat, [n] triceſimus annus exigatur. [o] At hoc ad abbatem nihil infert. Cum enim exemplo turpiſſimum Pompo. dicat, [p] fœminino vocabulo maſculos contineri: credendum non eſt, legem de abbatiſſa loquentem, ad abbates extendi.
8 [q] In prioratibus quoque conventualibus, hoc eſt in quibus plures collegialiter interſunt, [r] quamvis non eligant, [s] quia fortè eſt prioratus manualis, xxv. annus deſideratur. [t] Licet in curatis non conventualibus, viceſimus ſufficiat. [u] Sed & in illis per concordata. xxxiij. completum eſſe ſufficit. Ut per Regem Romano Pontifici, nominatio
9 fieri poſſit. [x] At verò in Epiſcopatu, ſuperioribuſque dignitatibus Pontificiæ leges, annum triceſimum exigunt. [y] Cum & ea ætate Chriſtus baptizatus fuerit, & cœperit prædicare, [z]
10 cujus legatione Epiſcopi funguntur. [a] Sanè in inquiſitoribus hæreticæ pravitatis, quadrageſimum deſiderant. [b] Quod mirum pleriſque non injuria viſum eſt, cum xxx. anni in Epiſcopo ſufficiant: [c] qui tamen & ipſe inquiſitor eſt. [d] Nec aliud poſſe dici video, quàm quod

*Presbyteri ætas.*

*Abbatis ætas.*

*Prioratus conventualis.*

*Epiſcopi ætas.*

*Inquiſitorum ætas.*

f c. licet canon. de elec. in vj.
g cle. ſi. de æta. & qual.
h §. clericos de ſanctiſ. epiſco. colla. ix.
i c. j. cum ſeq. lxxvij. diſt.
k Theophil. §. proponebant de ju. natur.
l d. §. inferiora.
m Panor. de c. cum in cunctis. in prin.
n c. juvenculas. xx. q. j.
o ca. i demnitatibus. de elec. in vj.
p l. ſi i. [illegible] ptum ff de leg. ij.
q Cle. attendentes cum Glo. de ſta. mona.
r ca. nobis. cum gloſ. de jure patro.
s Old. conſ. cclxxxj.
t Clemen. j § cæterum. de ſtat. mona.
u d. §. cæterum.
x § monaſteriis. de reg. ad [illegible] no. ſac. in concord.
y d. c. cum in cunctis. & § j de nu. Card. prag.
z c presbyt. lxxviij diſt.
a c in novo xxj. diſt. ca. omnis. vij. q. j.
b Cle. noleſtes. de hære.
c d. c. cum in cunctis.
d cap. per hoc de hæret. in vj.

e d. c. cum in cunctis

Panor. e cenſuit, Epiſcopum ſolenniter eligi, magnáque cum rerum omnium diſquiſitione, apud Romanum Pontificem, in Cardinalium Collegio promoveri. Cujus fides, & gravitas, ſic explorata, nemini ſuſpecta eſſe aliqua ex parte debet. f Inquiſitores verò quoniam cauſa non tam exactè cognita, ſed tumultuariè quodammodo creantur, ætate maturiores lex eſſe voluit, quò intelligant omnes, 11
non temerè, non iracundè, non inexploratè in inſimulatos hæreſis irrumpendum, ſed ſa- 12
pienter, & cum ſumma animi prudentia, tractandum eſſe tale negotium. g Quanto enim majus eſt periculum, tanto cautiores & prudentiores judices eſſe oportet: h ne (quod nonnumquam fieri vidimus,) ſpecioſo hujus criminis pretextu, à ſycophantis, & nequiſſimis hominibus, pios & innocentes viros, opprimi contingat: i ut & alibi admonui. k

*Hæreticorum judices.*

f l. vn. in fin. ff. d. offic. præfec. prætor.

g Cle. j. de hæret.

h c. ubi periculum. de elec.

i d. cle. j.

k lib v. Miſcel. ca. xviij. & xix.

## SOLIER.

*Quæ nullam concilii maturitatem exigant.*

2 Quales ſunt capellaniæ ſeu miſſarum commiſſiones, quæ adeò apud nos ſeptem tantum annos deſiderant, Louer. ad regul. de public. reſig. n. 327. & prioratus ſeculares ſimplices, Bengeus de benefi. ad verb. militia cap. 4. §. 29. in his tamen, le Preſtre centur. 2. cap. 73. & Melch. Paſtor de benefic. lib. 3. tit. 22. n. 3. & n. 5. quatuordecim annnos requirunt, cum ob curam & adminiſtrationem rerum temporalium, tum quia ſonant in nomen rectoriæ, & ita ſentit auctor noſter hic n. 4.

3 *Canonicatum Eccleſiæ collegiatæ.* In Gallia ubi Canonicatus Eccleſiæ Cathedralis nullum habent ſacrum ordinem annexum, prout nec de jure communi ad illos obtinendos

dos in Cathedrali ſufficit annus decimus quartus, in collegiata verò decimus completi, juxta regul. cancel. 18. quæ ibi ſervatur multis firmata Senatuſconſultis, Loüet & ejus ſcholiaſtes. litt. E.n.2. quin imò Rex jure regaliæ confert impuberi præbendas Eccleſiæ Cathedralis, Ruſeus in tract. regaliæ privil. 24. quem improbat. Rebuff. in tract. de pacific. poſſeſſ. n. 215. & refellit. deſiderius Heraldus, lib. 1. de rerum judic. aucto. cap. 19. Canonicus tamen pœnitentiarius debet eſſe quadragenarius, Conc. Trid. cap. 8. de reform.

5 *Vocem non habeant in capitulo niſi poſt 17. annum.* Miror auctorem non advertiſſe ad Clem. 2. eod. tit. de ætat. & qualit. in qua Canonicus Eccleſiæ Cathedralis, vel Collegiatæ ſecularis, vel regularis cujuſcumque ſit ætatis, vocem non habet in capitulo, etiamſi ab aliis hoc ſibi libere concedatur, niſi ſaltem in Subdiaconatus ordine fuerit conſtitutus, & ſic ſacer ordo & non certa ætas ad hoc deſideratur.

6 *Idemque in Archidiaconatu, Decanatu præpoſitura.* Ad dignitates curam animarum habentes requiritur annus 25. inceptus ex Conc. Trid. ſeſſ. 24. cap. 12. de reformat. in aliis ſine cura ſufficit annus 22. d. cap. 12. inchoatus, Petrus de Murga poſt alios quos citat in tract. de benefic q. 3. n. 691.

7 *Conſequens eſt in Abbate 25. annum ſufficere.* De jure communi, Abbas debet attigiſſe 25 annum, ſed jure noſtro ſufficit viceſimus tertius incœptus §. Monaſteria, & ibi Rebuff. de Regia ad prælat. nominat. in concord. quamvis in abbatiſſa hodie requiratur quadrageſimus, vel ſaltem trigeſimus quæ

N

annis octo, aut ad minus quinque, poſt expreſſam profeſſionem laudabiliter vixerit, Concil. Trid. ſeſſ. 25. cap. 7.

8 8. *Licet in curatis non conventualibus viceſimus ſufficit.* De prioratibus habitu tantum & non actu curatis intellige: alias ante 25. annum obtineri non poſſent, ut notat Gloſſ. in §. Cætærum Clem. 1. de ſtatu Monach.

9 *At verò in Epiſcopatu Pontificiæ leges annum triceſimum exigunt.* Sed concordatum de 27. anno incœpto contentatur. §. 1. de Regia ad prælat. nomin. ætas verò ad cardinalatum eſt triginta annorum. Concil. Trid. ſeſſ. 2. cap. 1. de reform.

## DE CONJUGATIS, ET BIGAMIS.

### SUMMÆ RERUM.

1 *Conjugati non tenent beneficia.*
2 *Bigamus beneficiorum incapax.*
3 *Bigamus quis.*
4 *Vxorem adulteram cognoſcens, an bigamus.*
5 *Caſtimonia præſumitur.*
6 *Deus ignorantes non punit.*

### CAPUT IV.

SINE uxore præterea eum eſſe oportet, cui de beneficio providetur. [a] Ideóque conjugati, qui ordinari prohibentur, [b] beneficiorum ſunt incapaces: [c] obtentáque ante nuptias beneficia dimittere coguntur, [d] paritérque bigami: hoc eſt (ut compoſitum ex proprio, & peregrino, vocabulum indicat,) qui ſecundas nuptias inierunt, cum ad ſacros ordines 1

*Conjugati non hab. ut beneficia*

a c. diverſis de cler. conjuga
b c. præterea 28. diſt.
c c. ij. c. cum decorem de cler. conjug.
d ca i. c. diverſis eo. tit.

2 promoveri ſumma ratione non poſſint, [e] ex Epiſcopi etiam diſpenſatione, [f] mereque laici exiſtimentur: [g] beneficia Eccleſiaſtica, tenere nequeunt. [h] Illum autem propriè, 3 & verè bigamum dici conſtat, qui duas uxores, diverſis temporibus habitas cognovit: [i] quaſi binæ uxoris maritum. [k] *Sic enim Monogamum unius uxoris virum dicimus.* [l] *Et* trigamum, qui tres: octogamum, qui octo habuit uxores. [m] Cæterum legis interpretatione, is quoque bigamus intelligitur, qui viduam à priore marito cognitam, [n] aut puellam vitiatam, [o] uxorem duxit, quique ſecundum matrimonium de facto contraxit: [p] vel uxorem adulteram cognovit, [q] etiam ignoranter, ut Doctor. exiſtimant. Cum hic non agatur de vitio ordinandi, in quo ſcientia requiritur, ſed de Sacramenti defectu, quem quicunque licet ignorans pati poteſt: proinde Host. non ſine periculo promoveri conjugatum dicit, quando paucæ ſint admodum mulieres, quæ ab injuria turpium libidinum liberæ ſint. Illud Ovidianum citans.

*Bigamus quis. Monogamus, trigamus.*

*Uxorē adulteram cognoſcens bigamus.*

*Mulieres caſtæ raræ.*

*Caſta eſt, quam nemo rogavit.*

At hæc præſumptio non tantum ſiniſtra eſt, atque ideo fugienda: [s] ſed etiam, contra legem, quæ præſumit quemcunque caſtum, ſobrium & bonum, in omni (ut dicunt) bonitate naturali, cum qua videlicet homines naſcuntur, [t] niſi evidentiſſimis argumentis contrarium demonſtretur. [v] Unde à communi ſententia facilè receſſerim. Cum nec privet Deus ſuis Sacramentis niſi ſcienter delinquentes: [x] ceſſentque hîc rationes, Bigami promotionem impedientes, quas alibi Docto. [y] Accuratè ſcriptas reliquerunt.

*Deus ignorantes non punit.*

e c. i. c. ij. c. maria. 13. di. gl. in ſumma, xxvj. di.
f c. ij. ubi gl. & Panor. d. biga.
g c. ur. de biga. in vj.
h d. c. un. de biga. in vj.
i c. deinde xxvj. d. ſt.
k c. aperiant. xxxi. q. i.
l c. unius. xxvj. diſt.
m d. c. aperiant.
n c. ſeriatim. xxxi. diſ.
o c. præcipimus. xxxiij. diſt.
p c. nuper. de biga.
q capit. ſi cujus. ca. & cu. t. xxxiiij. d. ſt.
r Panor. & alii. c. ij. col. ſi. de biga.
s l. merito. ff. pro ſoc.
t c. un. ubi Pan. de ſerui. c. ſi fortè. ubi gloſ. de c. rel. in vj.
v c. dudum de præſum.
x c. ex literis, de eo qui cognovit conſang. uxo.
y Gl. in ſumma xxvj. diſtin. Panor. rub. de big. & in c. ſanè, de cle. conjuga.

SOLIER.

1 *Pariterque bigami.* Triplex bigamiæ ſpecies diſtinguitur, vera, interpretativa, & ſimilitudinaria, ille verè dicitur bigamus, qui ſucceſſivè duas habuit uxores, cap. deinde, & cap. Acatius diſt. 26. interpretativè dicitur bigamus, qui viduam à marito defuncto cognitam, aut meretricē duxit in uxorem, cap. maritum, diſt. 33. cap. debitum de bigamis: dicitur autem interpretativa, quia fictione juris interpretatur duo contraxiſſe matrimonia, Petrus de Murga q. 3. n. 842. bigamia interpretativa contrahitur etiam quando quis uxorem ſuam adulteram cognovit, etiam ignoranter cap. ſi cujus, cap. Si laïci, diſt. 34. ſimilitudinaria denique eſt quæ contrahitur ex matrimonio contracto & conſummato, per aſtrictum ordine ſacro, aut voto ſolemni caſtitatis, cap. nuper de bigamis cap. quotquot 27. q. 1.

2 *Promoveri ſumma ratione non poſsint.* Duplex aſſignatur ratio. Prima, quia bigami ſunt ſuſpecti incontinentiæ. Altera eaque præcipua ne violetur ſymbolum ſacramenti Matrimonii, quo nobis repræſentatur unitas Chriſti cum Eccleſia, quod ſymbolum in bigamo repræſentari non poteſt, quia carnem ſuam diviſit in plures, in propria, ſeu vera bigamia caro dividitur ex parte mariti cum pluribus uxoribus: & in bigamia interpretativa caro dividitur ex capite uxoris, cum pluribus viris. Tamen maritus adulterando cum aliis non fit irregularis, cap. quia, de bigamis, quia carnem ſuam non dividit in figura matrimonii.

*Eod.* *Ex Epiſcopi etiam diſpenſatione.* Etiam in minoribus ordinibus, aut quoad uſum ſuſceptorum nequit Epiſcopus cum bigamo vero,

vel interpretativo diſpenſare, contra cap. unic. de bigamis in 6. & Concil. Trid. ſeſſ. 23. cap. 17. quamvis ignoranter uxorem adulteram cognoverit, aut viduam duxerit, aut ab alio corruptam, juxta communem Doctorum ſententiam, à qua male recedit auctor, ex quo non privat Deus ſuis Sacramentis, niſi ſcienter delinquentes, quia non agitur de irregularitate ob culpam ſeu delictum inducta, ſed ob defectum Sacramenti. Quare à Garcia p. 7. cap. 6. n. 17. & Petro de Murga, q. 3. n. 843 reprehenditur. In bigamia verò ſimilitudinaria diſpenſant Epiſcopi, cap. de Diacono. 1. qui Clerici vel voventes, ubi Gloſſ. in verb. diſpenſativè, & pariter Abbates cum ſuis ſubditis etiam quoad majores ordines exercendos, vel ſuſcipiendos, Petrus de Murga d. q. 3. n. 847. & inſuper differt à vera, & interpretativa, quia ortum non habet ex defectu ſignificationis, ſed ex delicto, cap. nuper de bigamis nec eſt in veritate bigamia, quia verum non eſt matrimonium, punitur tamen reus tanquam verus bigamus, propter affectum contrahendi matrimonium, cum opere ſubſecuto, d. cap. nuper.

# DE SCIENTIA.

## SUMMÆ RERUM.

1 *Scientia in promovendo neceſſaria.*
2 *Monachi imperiti.*
3 *Collatio illiteratis fit nulliter.*
4 *Papa contra Dei legem nihil poteſt.*
5 *Scientia quæ in Clericis exigatur.*
6 *Iuriſdictionem qui Clerici habeant.*
7 *Eminens ſcientia quæ.*
8 *Papa omnium doctiſsimus.*
9 *Oriundus cur in beneficio præferendus.*
10 *Patriæ dulcis amor.*
11 *Impetrans originem exprimit.*
12 *Exterus in Gallia non habet beneficium.*
13 *Regularis quando ſecularibus præficiatur.*
14 *Monachus creatur Epiſcopus.*
15 *Mendicantes quando incapaces beneficiorum.*

## CAPUT V.

SCIENTIA deinde, quæ in
ſpiritualium adminiſtratione po- 1
tiſſimum neceſſaria eſt, [a] in pro- *Imperiti ab Eccleſiis arcendi.*
movendo exigitur. [b] Viris quip-
pe doctis indiget Eccleſia, [c] non
ut ille dicebat, [d] Nepotulis & aſinis deferra-
tis. Cum non poſſit illiteratus ſacris officiis
aptus eſſe. [e] Unde quod dicitur, expertem
literarum Monachum eſſe poſſe: [f] ad jus anti- *Monachi imperiti.*
quum referendum eſt: quo Monachi clerici
non erant. [g] At hodie cum omnes promo- 2
veantur, [h] (tametſi plures idiotæ, & ignari
ſint, [i] locumq́ue diverbio plerumque faciant,
Monacho indoctior. (Literati dubio procul *Illiterati non habent beneficia.*
eſſe debent. [k] Cum illiteratos ab ordinibus
etiam lex Pontificia repellat, [l] & multo ma-
gis à beneficiis. [m] Adeò quidem, ut ſi con- 3

a c. niſi. §. pro defectu. de renunt.
b cap. cum in cunctis. in prin. de elect.
c c. cum ex eo. de elect. in vj.
d Io. Mona. c. fi. de verbo. ſing. in vj. & in d. c. cum ex eo.
e cap. illiteratos. xxxvj. diſtinct.
f Gloſ. c. legi. xvj. q. j.
g c. generalit. xvj. q. j.
h Panor. c. cum illorũ. col. pen. de ſen. excom.
i c. ex multa. de vot. & vot.
k c. fin. de temp. ordin. in vj.
l c. præcipimus. xxxiiij. diſt. c. promittentes. lx. diſt. & d. c. fin.

ferantur imperitis beneficia, nulla ſit ipſo
jure collatio. [n] Cum & jam promotos inex-
cuſabilis ignorantia dejiciat. [o] Idque divinæ
legis authoritate. [p] Ait enim dominus. [q]
Conticuit populus meus, eo quod non ha-
buerit ſcientiam, quia tu ſcientiam repuliſti,
repellam te, ne Sacerdotio fungaris mi-
hi. Et alibi. [r] Attende lectioni, exhor-
tationi, doctrinæ, his verbis Timotheo
injungens, ut ſacris literis vacet: quibus
univerſos rem omnem edoceat, ad ſalu-
tem conſequendam ſpectantem. Quo facilè
4 intelligimus, Papam (qui contra legem Dei
nihil poteſt) [s] diſpenſare non poſſe, ut pror-
ſus illiteratus promoveatur, alii licet contra.
[t] Multóque minus Epiſcopus, [v] niſi in pro-
movendo, egregia indole prædito, magna
futuræ diligentiæ ſpes ſubeſſet. [x] Eruditos au-
tem Clericos eſſe oportet, non improbatæ
lectionis ſtudiis, ut Magicorum, Ariolorum,
5 Mathematicorum, Alchimiſtarum, Aſtro-
logorum, hoc eſt, eorum qui prognoſticis
ſuis, omnia turbant. Non item in figmentis
Poëtarum, aut ſecularibus diſciplinis, niſi
quatenus, ad uſum ſacrorum librorum condu-
cunt, [y] ſed in lege Domini, [z] (quam qui
ignorat, Chriſtum utique ignorat:) [a] &
6 Pontificum conſtitutionibus, ſi tales ſint Cle-
rici, qui jus dicere debeant. Ut Epiſcopi,
[b] & Archidiaconi, præpoſitique juriſdictio-
nem habentes. [c] Cum enim ſecundum quod
Canones cenſent, judicare eos oporteat: [d] in
cauſſis præſertim matrimonii, & aliis ſpiritua-
libus, ſtatuta Canonum ignorare non debent.
7 [e] Neque verò putandum eſt, exigi in eis emi-
nentem ſcientiam, [f] hoc eſt, ut cæteris ex-

*Papa nõ diſpenſat cum illiterato.*

*Artes quas callere debent clerici.*

*Iuriſdictionem qui clerici habeant.*

*Scientia eminẽs.*

m d. c. cum in cunctis. d. c. illiteratos.
n Innoc. & Panorm. c. cum noſtris. de conceſ. præb. Fely. c. per tua. de ſimon.
o c. fin. de ætat & qual.
p c. omnes. in fin. xxxviij diſtinct.
q Oſeæ iiij.
r i. Timoth. iiij.
s c. ſunt quidam. xxv quæſt j.
t Felyn. c. ſi quando. col. pen. de reſcript.
v Innoc. & H. ſ. d. c. cum in cunctis.
x Innoc. c. j. de ætat. & qualit.
y c. legimus. j. c. turbat. cap. relatum & c. ideo xxxvij diſtinct.
z c. qui Epiſcop. xxiij. diſt. cap ſi quis artem. xxxvij. diſtinct.
a cap. ſi juxta. xxxviij. diſtinct.
b c. de perſona. xj. q. j.
c Innoc. Panor. & alii. d. c. cum in cunctis.
d c. j. de offi. ordin.
e c. i. de conſang & aff.
f c. niſi §. pro defectu. de renunc.

cellant, peritioréſque habeantur: (quomodo placet mihi, ſcientiam eminentem deſcribere, non cum vulgo, [g] ut ea ſit, qua inſtructus propoſitas omnes quæſtiones, ex tempore diſſolvit, abſque ulla librorum revolutione.) Sed competentem, [h] quam is habere dicitur, qui commode poteſt, quæ officio ſuo incumbunt explicare. [i] Doctiſſimus autem omnium 8
eſſe debet Roman. Pontif. Cui univerſæ reipublicæ Chriſtianæ, cura demandata eſt, [k] quod poſtea quàm legitimè creatus eſt, & electus, in dubio præſumimus, [l] quum & ab eo tempore omnia jura in ſcrinio pectoris habere cenſeatur. [m] Licet cum nonnunquam capiat oblivio. [n] Verum enimvero, quamvis 9
clerico literato, undequaque originem ducat, (ejus tamen Epiſcopo concedente,) [o] poſſit conferri beneficium: [p] ſi tamen ſit doctrinæ, & alterius idoneitatis paritas inter plures Clericos, debet qui eſt ex loco beneficii præferri. [q] Tum ob reſidentiam, ad quam dulcedine patriæ allecti, facilius indigenæ, quàm exteri, inducuntur: (propria ſiquidem patria, 10
major cuique videtur, ſuavior, & præſtantior alia. [s] Non quia magna, ut Seneca [t] dicebat, ſed quia ſua.) Unde Ovid. [v]

*Neſcio qua natale ſolum dulcedine cunctos*
*Ducit, & immemores non ſinit eſſe ſui.*

Tum propter linguæ, & idiomatis ſimilitudinem, [x] qua mores conformari putantur. [y] Etenim expedit Clericum idioma loci Eccle- 11
ſiæ intelligere, illúdque intelligenter loqui quo plebeculam edocere poſſit, quæ ad ſalutem animæ pertinent. Quibus rationibus factum putamus, ut data paritate impetrantium, indigena beneficii, aut ut dicunt, oriundus,

*Papa omnium doctiſſimus eſſe debet.*

*Oriundus in beneficio præferendus.*

*Patriæ dulcis amor.*

*Imo intrans originis non innatum ſucceſſit debet.*

g Innoc. Panor. & cæteri. d. c. cum in cunctis.

h d §. pro defectu.

i Panor. d. c. cum in cunctis.

k Panor. ibidem.

l c. licet de vitanda. de electio.

m c. j. de conſtit. in vj.

n c. præterea. xxiij. diſ. c. fin. xxx. q. iiij.

o c. fin de cler. pereg. c. clericum. lxxij diſt.

p c. ad decorem. de inſtit.

q l. in Eccleſiis. C. de epiſ. & cler. c. nec emeritus c. nullus. lxj. diſt.

r Panor. d. c. ad decorem. in fin.

s l. qui habebat. ff. de leg. iij Accurſ. l. fin. C. ſi ſer. expor.

t Senec. lib. ix. Epiſtol.

v Ovid. de ponto.

x Regul. Cancel. xv. & xix.

y cap. quoniam cum ibi not. de offic. ordi.

dus, extero præferatur. [z] Et gratia ſurreptitia cenſeatur, qua forenſis impetrans, ſuæ originis mentionem non fecit. [a] Hoc enim expreſſum. Papam retardare potuiſſet,[b] quem credendum non eſt, extraneos præficere velle, quamdiu indigenę idonei reperiuntur. [c]

12 Ad hæc noſtrum Galliarum regem privilegio ſubnixum ferunt, ne poſſit quiſpiam extraneus, in regno, eo non concedente, & ſine literis (ut vocant) naturalibus, aſſequi beneficium. [d] Ad verò quoniam indecorum eſt, diſparis conditionis homines Eccleſiis præficere, [e] aut in eodem collegio ſociari, [f] non

13 poterit Monachus, quamtumlibet doctus in Eccleſia collegiata ſeculari Canonicatum, aut aliud ſimplex obtinere beneficium. [g] Etiam ut Càld. [h] dicebat, ex Epiſcopi diſpenſatione. Regularia enim regularibus, ut anteà diximus, & ſecularia ſecularibus conferri debent. [i] Niſi tamen urgeat neceſſitas, quia fortè ſeculares idonei non reperiantur. [k] Ad Ec-

14 cleſias verò curatas poteſt quicunque regularis, ad concionandum idoneus, & aptus, ſingulari prædicationis favore promoveri. [l] Tametſi eæ Cathedrales, id eſt, Epiſcopales ſint. [m] Poſſunt ſiquidem, in tantæ dignitatis gratiam, [n] & ne periculum aliquod ex diutina vacatione contingat, [o] ad id dignitatum culmen, Monachi, aut alij regulares evehi, [p] etiam ſi Abbates ſint. [q] Vel etiam mendi-

15 cantes, ut Dominicani, Franciſcani, & Auguſtiniani. [r] Quos tamen aliorum quorumcunque beneficiorum ſecularium, ut temporalium rerum etiam ex diſpenſatione Papæ, [t] incapaces eſſe conſtat. [u] Cùm enim hi omnes elegi poſſint, [x] idonei cenſeri debent. [y]

*Regis Gallorũ privilegium.* *Literæ natæ.*

*Regularis quãdo ſecularia beneficia ſ...eat.*

*Monachus an fiat Epiſcopus.*

*Mendicantes quando capaces beneficiorum.*

z Regul. Cancel xv.
a Gloſſ. & Panorm. c. ſi proponente. de reſcri.
b c. poſtulaſti, eod. tit.
c c. bonæ. ij. ad fin. de poſtul. prælat. c. hortamur. lxxj. diſt. in. c. nullus, lxj. diſtinct.
d Gloſſ. §. nam Eccleſiarum præ. prag.
e Clem. j. de electio.
f c. in nova. xvj. q. vij.
g c. ſuper eo. de regul.
h Cald. c. p. quod Dei. de ſtat. Monach.
i c. cum de beneficio. de præb. in vj.
k ca. inter quatuor. de ſtat. Monac.
l c. in Parochia. ubi gl. xvj. q. j. d. ca. quod Dei ubi Panor. & alii
m Clem. vij. de elect.
n Panor. d. c. quod Dei.
o Card. d. cle. j. col. pen.
p c. ſtatu[...] xviij. q. j. d. cle. j.
q c. ſi abbatem. de elec. in vj.
r c. quorundam eo. tit.
s cle. ... de vc. b ſig.
t c. cum ad Monaſ. in fin. de ſtat. Monach.
u Benedic. ... c. Raynutius, verbo & ... num. ... de teſta.
x c. ſi relig. ... de ele. in vj. d. c. ſi abbatem.
d. c. quorundam
y c. ſi ... de poſtul. prel. c. innotuit. de elect.

## SOLIER.

3 *Si conferantur imperitis beneficia nulla ſit ipſo jure collatio.* Eſſe nullam ipſo jure tenet poſt Innoc. & Abb. in cap. cum in noſtris de conceſſ. præb. Molin. ad regul. de idiomate n. 146. ſed hoc de penitus illiteratis intelligi debet, ita quod neſciant legere, Garc. p. 7. cap. 7. n. 15. licet enim, inquit, defectus ſcientiæ competentis reddat collationem injuſtam, non tamen nullam ſi non reddit prorſus illiteratum: facit cap. ult. de ætate & qualit. Concil. Trident. ſeſſ. 7. cap. 3. de reformat. ibi irritetur.

4 *Papam, qui contra legem Dei nihil poteſt, diſpenſare non poſſe.* Corraſius improbando hic ſententiam Felini ei adſtipulatur, per hæc verba niſi in promovendo egregia indole prædito magna futuræ diligentiæ ſpes ſubeſſet: ergo Papa ſaltim cum cauſa diſpenſare poteſt.

7 *Neque vero putandum eſt exigi in eis eminentem ſcientiam.* Flaminius tamen de reſign. lib. 4. q. 11. a n. 24. videtur aſſignare Epiſcopis eminentem ſcientiam, curatis mediocrem, ſufficientem, ſimplicia obtinentibus, ſed in omnibus ſufficientia conſideratur arbitrio boni veri, Innocent. in cap. cum in cunctus, in. 1.

8 *Licet eum nonnumquam capiat oblivio.* Unde Alexander III. in cap. eam te, de reſcript. ſcribens Epiſcopo Tornacenſi in proprii facti relatione ea utitur verborum cautela, ſi bene meminimus: eadem proteſtatione utitur Nicolaus Papa, niſi nos fallat oblivio in cap. præterea, diſt. 23. itaque cum princeps dicitur habere omnia jura in ſcrinio pectoris, ut in l. omnium, cod. de teſtam. morali modo debet intelligi ut omnia jura ſcire præſuma-

tur quæ pertinent ad rationem & æquitatem, ſed hinc non ſequitur eum certarum legum obliviſci non poſſe prout accidit Urbano ſecundo in cap. fin. 30. q. 4. ubi ait non inveniri prohibitum quod uxor cum marito in baptiſmate ſimul debeat ſuſcipere puerum quod tamen à Leone prædeceſſore fuerat prohibitum, ut habetur in cap. non plures, de conſecrat. diſt. 6. ſic Alexander III. in cap. ex parte tua, de offic. deleg. poſtquam rationabiles exceptiones pronunciavit admittendas ſubdit: niſi exprimatur in literis noſtris, quod nullæ debeant exceptiones admitti, quod nec nos, nec anteceſſores noſtros credimus unquam expreſſiſſe, & tamen expreſſum reperitur in cap. Lator 2. q. 7. cap. placuit 21. q. 2. cap. ſi homo eſſes 27. q. 1. & certe memoria labilis, l. peregè ff. de acquir. poſſeſſ. & omnium meminiſſe, ac in nullo penitus errare potius divinitatis quam mortalitatis eſt, l. 2. §. ſi quid autem, cod. de veteri jure enucl.

14 *Ad Eccleſias vero curatas poteſt quicumque regularis ad concionandum idoneus promoveri.* Capitulum quod Dei timorem de ſtatu Monach. ab auctore inductum pro fundamento hujus dicti diſtinguit Canonicos regulares à Monachis illos vult ad Parrochiales admitti, quia regulæ inſerviunt laxiori: iſtos verò contra quamvis alias poſſent favore prædicationis id prohibente Concilio Lateranenſi relato in cap. Monachi eod. tit. de Monachis tantum diſponente à quibus Canonici regulares in pluribus differunt 1. enim Canonici regulares regulæ inſerviunt laxiori, ut habetur in d. cap. quod Dei. 2. Monachi præfici non poſſunt Parrochianbus Eccleſiis ſecularibus propter

prohibitionem Concilii Lateranenſis: Canonici regulares ſecus, quia cum inſerviant regulæ laxiori in prædicta prohibitione non includuntur, ut dicitur in eod. cap. 3. quia Monachus Parrochiali Eccleſiæ præfectus tenetur habere ſocios ſui ordinis, ut in d. cap. Monachi, & cap. fin. de capel. Monach. 4 Monachi fundatores habent Benedictum & Baſilium, quorum regulam profitentur, cap. pernicioſam. 18. q. 2. ſed Canonici regulares fuerunt ab initio naſcentis Eccleſiæ, ut patet ex conſtitut. Benedicti 12. quæ incipit ad decorem Eccleſiæ; eos enim Alexandriæ Sanctus Marcus inſtituit, atque ita omnes alios regulares in proceſſionibus & aliis actibus præcedere debent ex conſtitutione Pii V. incipiente cum ex ordinum 10. Kal. Jan. 1570. at hodie nec ipſi Canonici regulares aſſumi poſſunt ad regimen Parrochialium ſecularium etiam cum ſocio abſque diſpenſatione Romani Pontificis ex decreto Gregorii XIII. Fagnam ad d. cap. quod Dei timorem.

# DE CORPORIS ET ANIMI VITIIS.

## SUMMÆ RERUM.

1 *Clericus vitiis carere debet.*
2 *Vitiatus corpore quis.*
3 *Homicida dicitur, & qui non occidit.*
4 *Matthæi locus expoſitus.*
5 *Deformitas quando promotionem impediat.*
6 *Epilepticus cur non promoveatur.*
7 *Infirmitas non privat clericum beneficio.*
8 *Coadjutor qualis dandus.*
9 *Accuſatio non privat quem honoribus.*
10 *Hiſtriones & mimi, arceantur beneficiis.*
11 *Perjurus beneficiorum incapax.*
12 *Perjurium non privat ipſo facto.*
13 *Crimina quæ privant ipſo jure.*
14 *Homicida ipſo jure non privatur.*
15 *Homicida an reſignare poſsit.*
16 *Parricida privatur ipſo jure.*
17 *Hæreticus ipſo jure privatur.*
18 *Schiſmaticus quis.*
19 *Schiſmaticus omnibus beneficiis privatur.*
20 *Simoniacus quando hæreticus dicatur.*
21 *Simoniacus incapax beneficii.*
22 *Apoſtata inhabilis ad beneficia.*
23 *Falſarius literarum Papæ.*
24 *Vſurarius eſt infamis.*
25 *Sacrilegus beneficii incapax.*
26 *Sacrilegorum diverſa pœna.*
27 *Concubinarii beneficiis arcendi.*
28 *Concubinarius celebrans, irregularis.*
29 *Suſpenſus ab officio quando à beneficio.*

### CAPUT VI.

1 *Infames arceantur beneficiis.* OPORTET denique promovendum, neque corporis maculis,[a] neque alicujus infamiæ nota conſperſum eſſe.[b] Neque enim conferri poſſunt beneficia niſi valido, integroque corpore clericis,[c] & bene moratis,[d] non item
2 *Vitiatus corpore quis.* corpore vitiatis,[e] aut infamibus.[f] Quibus portæ dignitatum patere non debent.[g] Corpore autem vitiari ſignificanter dicuntur, qui pro-

a c. ij. de cler. ægrot. Levit xxj.
b c. fin. de furt. c. laici. xxxiij. diſt.
c c. hinc etenim. xlix. diſt.
d c. cum in cunctis de elect.
e Tot. ti. de corp. vitia.
f d. c. fi. de furt.
g l. ij de dignit. lib. xij. C. c. infamibus de reg. jur. in vj.

pria voluntate abſciſſi ſunt. [h] ut qui pudenda ultro ſibi execuerunt, licet credentes obſequium præſtare Deo. [i] Aut juſto etiam timore ſuperati. [k] Sunt enim ſui ipſius hujuſmodi homines homicidæ, [l] non quia jam mors ſequuta ſit: ſed quoniam viri lium ſectione mortis periculum conflari putatur. [m] Nec Matthæi locus [n] Eunuchos eſſe dicens, qui ſe caſtraverunt propter regnum cælorum, de iis accipiendus eſt, qui verenda ſibi ipſis amputant (maladictum enim hoc.) Sed de iis, qui continentes ſunt, ob amorémque Chriſti affectum veneris devitant. Hinc autem [o] admonendi ſunt obiter judices, tam ſeculares, quàm Eccleſiaſtici ne temerè in judicium ſanguinis prorumpant, neque enim judices hujuſmodi ſanguinarii, tametſi credentes hoc nomine ſe gratificari, & obſequium præſtare Deo coram Deo vivente (in cujus manus horrendum eſt incidere. [p]) Ullatenus excuſabuntur. [q] Qui verò non ſua ſponte, ſed caſu, aut per vim, ſeu inſidias hominum (quibus non malè, ſectos in cunabulis, comparaverim. [r]) Vel à medicis diſſecantur, promoveri poſſunt, & in clero reperti non abjiciuntur. [s] Idémque generaliter dicendum in iis qui caſu, quocunque modo percuſſi ſunt, ſi non inſignis inde contingat deformitas [t] nec immineat ſcandalum. [u] Quarum rerum judicium, promoventis arbitrio, lex committit. [x] Conſtat igitur, eos qui corpore inſigniter deformati ſunt, aut ſibi ſua ſponte ferrum injecerunt, cùm ſacris ordinibus ornari nequeant, beneficia obtinere non poſſe, quæ ſacrum ordinem requirunt ut Abbatias [y] Epiſcopatus, [z] & quæcumque Curata beneficia. [a] Cúmque Epilep-

Marginal notes (right):

3 *Homicidæ quandoque dicitur qui non occidit.*

4 *Matthæi locus enarratus.*

*Iudices ſanguinarii admonentur.*

5 *Deformitas quando impediat promotionem.*

Marginal notes (left):

h c. pœnitentes. lv. diſt.

i c. ſignificavit de corpo. vitiat. c. his qui. lv. diſtin.

k c. maritum. xxxiij. diſt.

l c. ſi quis abſciderit. lv. diſt.

m c. ſi lxxxvij. diſt.

n Matth. xi. 19.

o d. c. ſignificavit.

p Hebræo. 10.

q d. c. ſignificavit.

r c. ex parte j. de corp. vitiat. c. Eunuchus. lv. diſtin.

s c. ex parte. ij. de corp. vitia. c. ſi quis. ij. iij. & iiij. c. qui partem cum ſeq. lv. diſt.

t c. ij. & c. fin. de corp. vitia.

u c. presbyterum de cler. ægrot. c. j. de corp. vi.

x d. c. ij. de corp. vitia.

y c. expoſuiſti de corp. vitia.

z c. à multis de æta. & quali.

a c. licet canon, de elec.

6 ſia, hoc eſt comitiali, ſeu caduco morbo laborantes, valido corpore non ſint, nec ſine ſcandalo ob ſubitariam totius corporis convulſionem, divinis poſſint deſervire: [b] Dicendum ad ejuſmodi beneficia Epilepticos promoveri non poſſe,[c] licet ob eam aut graviorem ægritudinem ſupervenientem non debeat

*Epileptici cur non promoveantur.*

7 clericus ſuo privari beneficio,[d] quando injuſtū ſit tam gravem afflicto afflictionem addere, [e] ut ob moleſtiam corporis, ſuo pellatur honore, [f] Quamvis ſi tam gravis, & vehemens ſit ægritudo, ut clericum divinis inſervire impediat, paralypſi fortaſſe, nodoſa podagra, aut alio perpetuo morbo laborantem. [g] Aut

*Ægritudo non privat quem beneficio.*

8 affectus morbo Clericus, ſine horrore, & abominatione populi, templum ingredi non poſſit, ei coadjutorem dari oporteat, virum providum & honeſtum, per quem Eccleſiæ conſulatur, ut ita non honoris ſui titulis, ſed ejuſdem dumtaxat exercitio, clericus privetur. [h] Denique diximus, oportere clericum cujus opinio vacillare non debet, [i] nulla criminis, aut infamiæ nota: neque juris, neque

*Coadjutor qualis dari debet.*

9 facti reſperſum eſſe. [k] Si enim ad ſeculares honores famoſis, aut notatis hominibus, non pateat aditus, [l] accuſatione præſertim criminis pendente, [m] multominus ad Eccleſiaſtica miniſteria, [n] quæ majorem promovendi dignitatem exigunt. [o] Itaque licet officii, aut beneficii honoribus, exercitióve accuſatione pendente. Et quod amplius eſt ſequuta ſententia, (ſi ſit provocatum, [p]) reus non privetur.

*Accuſationis pendentia quibus honoribus arceat.*

10 [q] Commoditate tamen novæ dignitatis obtinendæ, accuſationis pendentia delatum privat. [r] Ex prædictis, permulta ſpecialius inferri poſſunt. In primis mimos, hiſtrio-

*Hiſtriones & mimi.*

in vj. c. præterea de ætate & quali.

b c. in literis. vij. q. ij.

c c. cum inter canonicos de elect.

d c. j. de cle. ægrot c. ſcripſit. c. cum percuſſio. cum ſeq. vij. q. j.

e l. divus. ff. de of. præſ.

f l. j. § caſum. ff. de poſtu. l. Cajus. ff. de jud. c. indicas. iij q. ix. d. c. ſcripſit.

g c. fi. de cler. ægrot. eo tit. in vj. glo. c. ſi. quis in infirmitate. lxx diſtin.

h c. de raptoribus. c. tua c. pe. & c. fi. de cle. ægr.

i c. laici. xxxiij. diſt.

k c. fi. de furt. Panor. c. ſuper eo. de electio.

l l. ij de digni. lib. xij. c. inter dilectos de exceſſ. prælato.

m l. reus. ff. de muner.

n c. fi. de teſtib. c. omnipotens de accuſa.

o c. miramur in fi. lxj. diſt. c. per venerabilem ad princ. qui fil. ſint legi.

p l. un. §. pen. ff. nil no. appel. pend.

q Gl. c. ſæpe de app.

r d. l. reus. d. c. fi. & d. c. omnipotens.

nes, cæteroſque artis ludicræ cauſſa, in ſce-
nam prodeuntes, quoniam infames ſunt, [s] at-
que moribus commendabiles non exiſtunt, [t]
Eccleſiaſtica beneficia obtinere non poſſe. [u]
Cum & clericorum veſtibus, illis uti lex diſ-
trictè prohibeat. [x] Perjuros item qui Eccleſias 11
regere non merentur, [y] non tantum obtinen-
dorum beneficiorum incapaces eſſe, [z] ſed &
obtentis privari conſtat, [a] nec iis duntaxat, in
quibus pejerarunt, [b] ſed etiam cæteris quibuſ-
cunque. [c] Nam & ob perjurium Clericus
deponi debet, [d] ipſo facto autem, non pri- 12
vari perjurum verius eſt, [e] cum crimen quan-
tumvis execrandum, & deteſtabile, (ut ho-
micidium inſidioſum, ſuper quo vix Papa diſ-
penſat; [f]) privationem, ipſo jure non indu-
cat, [g] & privationis pœna, niſi lege nomina-
tim caveatur, imponi non debeat. [h] Crimina 13
autem quæ ipſo facto clericum ſuis privant
beneficiis, atque adeò Epiſcopatu, ſunt hæc:
hæreſis, [i] ſimoniæ labes, quæ in collatione
aut alia proviſione beneficii intervenit, [k] vio-
lenta manus injectio in Cardinalem, [l] (idém-
que ſi in Clericum fiat, ut ſuo renuntiet be-
neficio, aut citatus ad Romanam Curiam non
accedat: [m]) denique violenta beneficii ap-
prehenſio. [n] Solum verò homicidium, ratio-
ne qua diximus, non privat quem ipſo jure 14
beneficio. [o] Unde poterit, etiam poſt ſen-
tentiam reſignari, [p] ſi præſertim ab ea fuerit
appellatum. [q] Et ita judicatum in ſupremo
conſil. Rebuff. noſter refert. [r] Quæ tamen ita
accipi debent, ſi non fuerit homicidium (ut 15
vocant) qualificatum, hoc eſt, ſi non ex cir-
cunſtantiis factum ſit enormiter graviſſimum, [s]
quia puta aſſaſſinatus ſit, [t] aut parricidium.
[u] Sa-

*11 Perjuri beneficiorum incapaces.*

*12 Perjurium nõ privat ipſo facto.*

*13 Crimina quæ privant ipſo jure.*

*14 Homicida non privatur ipſo jure beneficio.*

*15 Homicidium qualificatum.*

s l. j ff. de infa.
t d. c. cum in cunctis.
u c. pe. de vit. & hone. cler. d. c. fi. de furt. d. c. laici.
x l. Mimæ. C. de epiſc. aud § fi. de ſanct. epiſc. coll. ix.
y c. querelã de jurejur.
z c. tua nos de jurejur.
a c ij de reſcrip. c accedens de accuſatio.
b d. c. querelam.
c d. c. tua nos.
d c. cum non ab homine de jud.
e Inno. c. inter dilectos de exceſſ. prælat.
f c. miror. 50. diſt. d. c. ſicut dignũ de homic.
g c. clericis. ne cler. vel monach. c. ex literis. de exceſſ. prælat.
h §. ſin autem. de non eligen. ſecum rub. coll. j. l. at ſi quis § divus. ff. de reli.
i c. cum ſecundum. de hæret. in vj. c. quo jure ubi gloſſ. viij. diſtinct.
k cap. ordinationes. j q. j. Panor. c. cum clerici. de pact. Fely. c. inſinuatum. de Simo. c. fin. ubi Cardin. xxix. diſtinct.
l c. fin. ad prin. de pœ. in vj.
m Cle. multorũ. eo. tit.
n c. eum qui. de præb. in vj
o d. c. clericis. Innoc. c. cum noſtris de conceſ. præbend.
p Præpoſ. c. ſtudeas l. diſtinct.
q l. qui à latronibus § fin. ff. de teſta d. l. uni. §. pen. nil. no.
r Rebuff. de pa. poſ. nu. cclxij.
s cap. in quibuſdam de pœn.
t c. j. de homicid. in vj.

16 u Sanè homicida, qui nec ad ordines promo-
veri poteſt, x & antè promotus, ſacris miniſ-
trare prohibetur, y beneficium, z quod prop-
ter officium datur obtinere nequit. a Virum
enim ſanguinum & bellatorem abominabitur
Dominus, b à quo domum ſuam neque ædi-
17 ficari, neque habitari vult. c Hæreticorum
*Hæretici ipſo jure privantur.*
quoque ſacrificia Deus odit, & à ſe projicit.
d Unde ſi obtentorum quemadmodum dixi-
mus beneficiorum, titulo, & poſſeſſione, ipſo
jure privantur: e multoque magis facultate
obtinendorum, f cum facilius quis obtinendo,
quàm obtento repellatur. g Nec videtur hoc
quicqua habere dubitationis: quandoquidem
hæretici non modò infames ſunt, h ſed & ex-
communicati. i Quibus beneficia conferri
non poſſe, exploratiſſimum eſt. k Qui autem
propriè hæretici dicantur, & de hæreticorum
18 pœnis, alibi diximus, l eadémque ratione di-
*Schiſmatici.*
cendum, ſchiſmaticos (quo nomine vocan-
tur qui ſe ab unitate Romanæ Eccleſiæ ſepa-
rant, antipapæ adhærentes,) cum ab hære-
19 ticis parum abſint. m & excommunicati
ſint, n ſi non probabilis error eos excuſat. o
Nec conferre beneficia, p nec obtinere, ta-
metſi ad Eccleſiæ unitatem redierint, citra
20 diſpenſationem poſſe. q Simoniaci itidem,
*Simoniaci.*
hoc eſt, qui de ſpiritualibus negotiantur, r licet
hæretici propriè non ſint, niſi gratiam Spiri-
tu-Sancti pretio quæri poſſe credant: ſ prop-
ter tamen hujus criminis immanitatem, quæ
tanta eſt, ut cætera delicta ad ſimoniæ com-
parationem pro nihilo reputentur: t hæreticis
annumerantur: u unde infames ſunt, x infa-
21 mia juris, y & beneficiis per Simoniam ob-
tentis, quamvis ignoranter, non tantum pri-

t Felyn. ca. inquiſitionis de accuſat.
x c. fin. de tem. ord. c. de cætero. de homicid.
y c. fina. de cler. pug. in duel. ca. ſuſcepimus de homicid.
z c. fi. de reſcript. in vj.
a c. iij. & c. diverſis de cler. conjug. c. cum ſecundum de præb. in vj.
b Pſalm. xxv. & liiij.
c Paralipo. xxviij.
d c. Odit. j. q. j.
e d. c. cum ſecundum & d. c. quo jure.
f c. ij. §. hæretici de hæret. in vj.
g c. ſuper his de accu.
h c. infames. vj. q. j.
i ca. excommunicamus de hæ[illegible]
k cap. poſtulaſti de cler. excommu.
l iij. Miſcell. c. viij.
m c. inter hæreſim. 24. quæſt. iij.
n ca. licet de vitanda. de elect. ca. firmiſſime de hæ.
o Pan. rub. de ſchiſma.
p ca. j. & fi. illo tit.
q cap. quia diligẽtia. de elect. c. nos aut[illegible] xij. diſ.
r c. ſalvator. §. j. j. q. iij.
ſ c. cõvenientibus in fi. j. q. vij. Inno. Panor. ca. quoties de ſimo.
t c. ſicut de ſimo. c. fin. j. q. vij.
u d. c. quoties ca. cum liqueat ca. eos qui c. ſertur j. q. j. gl. c. ſi quis pecuniam lxxix. diſt.
x c. fi. j. q. iij. glo. c. j. de teſtib. in vj.
y c. ſane xv. q. iij. Pan. c. ex diligenti. de ſimo.

vantur, z ſed etiam ad alia quæcumque bene- 22
ficia, redduntur inhabiles. a Niſi cum eis
fuerit diſpenſatum. b Nec diverſum in apoſta- 23
tis dicendum, cum & hi infames ſint, c Sa- *Apoſtat*
crumque ordinem, & clericatum recipere
prohibeantur. d Quibus pœnis pariter affi-
ciuntur falſarii literarum Papæ, e & fœnera- 24
tores, ſeu uſurarii manifeſti, qui & infamia *Falſarii.*
notantur, f & prohibentur ad ſacros ordines
promoveri. g Multóque magis ſacrilegi, quos *Sacrilegii.*
non tantum infamia conſperſos, h & ad ſacros
ordines prohibitos promoveri, conſtat: i ſed 25
& anathe nate feriendos. k Quin ſi in perſo-
nam Eccleſiaſticam, l aut Eccleſiam ipſam, m 26
cum violentia deliquerint, ipſo jure Anathe-
matis vinculo ſubjecti, ab omnium conſortio
fideliūm eliminantur. Quod Docto. alibi ple-
nius diſputant. n Scortatores verò manifeſti, 27
ſeu ut vocant publici concubinarii, quia ab *Concubinarii.*
officio (quod ab eis audire prohibitum eſt, o 28
cùm convertatur eorum benedictio in male-
dictionem, & oratio in peccatum. p) ſuſpen-
ſi ſunt. q Atque ideo divina exequentes, con-
trahant irregularitate, r beneficio quod prop-
ter officium datur, ſ ſuſpenſi quoque intelligi
debent. t Ubi enim ex magna cauſa Eccleſiæ
communio denegatur, Eccleſiaſtici proven-
tus ſunt meritò ſubtrahendi. u Et ſi ab Epiſ- 29
copo moniti ſcortatores clerici concubinam *Suſpenſus ab*
non dimittunt, omnibus beneficiis privari de- *officio, quando*
bent: x & ad futura quæcumque inhabiles effi- *à beneficio ſuſ-*
ciuntur. y Niſi poſt manifeſtam vitæ emenda- *pendatur.*
tionem, cùm illis fuerit humaniter diſpenſa-
tum. z Nec ignoro, alios caſus à recentiori-
bus a memorari, quibus clericus beneficiorum
ſit incapax: At ego lectorem jam expleviſſe

z c. pen. de elect. c. inſinuatum c. ex inſinuatione, &c. ſeq. de ſimo.
a c. cum clerici de pact.
b Gl. d. c. ex diligenti.
c c. infames. vj. q. j.
d c. fi. de apoſta c. penul. & fi. 50. diſt.
e ca. ad falſariorum. de cri. falſ.
f c. quamquam de uſu. in vj.
g c. de pet. xlvij. diſt.
h c. fin. de furt. d. c. infames.
i cap. ſi quis presbyter. 50. diſtin.
k ca. conqueſtus de foro compet.
l ca. cum pro cauſa de ſen excom. c. ſi quis ſuadente xij. q. iiij.
m c. non minus de immuni. eccl. c. conqueſti. de ſen. excommu. c. canonica. xj. q. iij.
n Panór. & alii d. c. conqueſtus
o c. nullus & c. ſequen. xxxij. diſt.
p c. ſi qui ſunt. lxxxj. diſt.
q c. præter. xxxij. diſt.
r c. j. de re jud. in vj c. j. §. fi. de ſen. excommu.
ſ c. fi. de reſcri. in vj.
t Panor. ca. veſtra de cohab. cler.
u c. paſtoralis. §. fi. de appel. Gl. cle. fi. de pœn.
x §. ſeenon. de concub. prag.
y c. quæſitum de temp. ordi.
z §. & nihilominus de cócub. prag. §. j. de pub. concub. concord.
a Pet. Rebuff. extenſe. in titu. de pa. poſſeſſo. nu. 174.

mihi videor: cum cæteri omnes, ex ſuperioribus decidi, terminarique poſſint: atque hæc quidem hactenus.

Valentiæ xvij. Novembris 1547.

SOLIER.

2 *Qui pudenda ultrò ſibi execuerunt.* Idem ſi partem membri ſibi amputarunt, etiamſi non ſit notoria eorum culpa, gloſſ. in cap. ult. de corpore viciatis, cap. qui partem diſt. 55. & cap. 1. d. tit. aut qui morbo venereo illud amiſerunt, Manuel. Rodrig. in ſumma, tom. 1. cap. 158. n. 7. licet alii contra relati per Garc. p. 7. cap. 12. n. 17. vel in adulterio deprehenſi à marito abſciſſi, hoſtien in cap. fin. de corpore viciatis, Navar. in man. cap. 27. n. 198. quamvis contrarium velit Garc. ibid. n. 10.

5 *Qui corpore inſigniter deformati ſunt.* Ei tamen qui ſine ſua culpa incidit in irregularitatem, quæ naſcitur ex defectu ad uſum unius ordinis, & non alterius jam ſuſcepti poteſt dari beneficium non requirens majorem uſum, & conſequenter in caſu capituli 2. de corpore viciat. ei qui duos digitos & dimidium palmæ amiſit ſine ſua culpa poteſt conferri beneficium non requirens celebrationem, Navarrus in manuali, cap. 27. n. 249. ſed deformati antequam, ordinentur non ſolùm ad ſacros ordines & beneficia quæ ſacrum ordinem requirunt, ut hic, inquit Corraſius, ſed nec ad minores & primam tonſuram, nec ad ullum prorſus beneficium promoveri poſſunt, quia abſolutè ſunt irregulares cap. 1. cap. pœnitentes, cap. hi qui, & ferè per totam diſtinct. 55. & toto tit. de corp. vitiat. & ſatis probatur ex cap. non confidat diſt. 50. Ubi Gelaſius Papa abſolutè prohibet corpo-

re vitiatos divinis applicare miniſteriis.

10 *Commoditate tamen novæ dignitatis obtinendæ accuſationis pendentia delatum privat.* Si accuſatus non eſt infamatus apud bonos & graves homines, accuſatio non impedit promotionem, abbas & Felin in cap. omnipotens, de accuſationib. niſi ob delictum eſſet de jure inhabilis ad beneficia obtinenda, gloſſ. in Clem. 1. in verb. obtinenda, de pœnis, hoſtien. in cap. meminimus n. 2. de accuſat. regulariter tamen pendente accuſatione non poteſt accuſatus ad dignitates promoveri Eccleſiaſticas d. cap. omnipotens, vel ſeculares l. 1. cod. de reis poſt. l. nec ad ordines, cap. tantis, Daniel diſt. 81. dummodo crimen de quo agitur ſit grave ut probat litera in d. cap. omnipotens, ibi; de quo tanta & talia nunciantur, nam verbum tanta exponitur, id eſt gravia, qualia ſunt homicidium, ſacrilegium, adulterium, fornicatio, falſum, teſtimonium, rapina, furtum, longa iracundia, ebrietas aſſidua, & alia de quibus in cap. unum orarium, §. alias, diſt. 25. ſecus ſi crimina ſint levia quæ quamvis probata promotionem non impedirent Faignan. in d. cap. omnipotens.

12 *Homicidium inſi hoſtium ſuper quo, vix Papa diſpenſat, privationem ipſo jure non inducit.* Rationem ſubdit auctor, quia privatio non inducitur niſi in caſibus à jure expreſſis, gloſſ. ult. in cap. fin. de jurepat. quod adeò verum in ſubjecta materia, ut nec ex homicidio qualificato reſultet vacatio beneficii ipſo jure, niſi quatenus expreſſum reperiatur in jure, ita quod text. in cap. 1. de homic. in 6. non ſit extendendus extra ſuos terminos, Rebuff. de poſſeſſ. n. 263. & Flamin. lib. 3. q. 16. n. 32.

ubi cum Hieron. Gabril. tenet quod beneficium non vacat ipſo jure ob crimen parricidii, nec per conſequens ma ricidii, fratricidii, aut infanticidii: ſecus autumo in homicidio inſidioſo contra auctorem, & in omni homicidio conſultò, & ex induſtria perpetrato: quia non eſt extentio, ſed diſpoſitio dicti cap 1.

15 *Quia puta aſſaſsinatus ſit aut parricidium.* Ubi ſcilicet animus occidendi præceſſerit: ſecus videtur ſi citra intentionem occiſionis ex ſubito iracundiæ impetu caſus evenerit, tunc enim diram aſſaſſinatus qualitatem non induit, in quo tantùm diſponit cap. 1. de homicid. in 6

17 *Beneficiorum titulo & poſſeſsione ipſo jure privantur.* Sunt tamen qui ſentiant hæreticos non eſſe beneficiis privatos ipſo jure, ſed privandos per ſententiam, ut Alphonſ. à Caſtro in tit. de juſta hæretic. punit. cap. 9. Jacob. Simach de Cathol inſtitution. cap. 46. n. 72. Zerola in praxi Epiſc. p. 1. in verb privatio & quædam alii apud Sanchez ſuper decalog. lib. 2. cap. 26 à n. 5. ea ratione, quia privatio ipſo jure numquam inducitur niſi in jure expreſſe caveatur, ut diximus ſupra. Contraria tamen eſt communis Canoniſtarum ſententia per motiva ſatis levia à Fagnano adducta ad cap. ad abolendam. de hereticis à n 29. cui eſt adhærendum extante maximè conſtitutione 2. Nicolai 2. quæ incipit, noverit univerſitas, in qua, privatio beneficiorum adverſus hæreticos ipſo jure incurrenda dilertè exprimitur.

21 *Beneficiis per Simoniam obtentis quamvis ignoranter privantur.* Diſtinguendæ ſunt quatuor, ſimoniæ ſpecies ſua quæque animadverſione perſtringenda: videlicet conventiona-

lis, realis, ſimilitudinaria, & mentalis, ſimonia conventionalis eſt quæ ſola conventione conſtat neutra ex parte ſeu ex altera tantum executioni demandata privat reum ipſo jure beneficio, ſuper quo & privandum efficit obtentis ante ſimoniam, cap. cum ſuper de confeſſis & inhabilitat ad obtinenda, conſtitutione Pii V. incipiente, cum primum, relata per Flamin. de reſignat. lib. 14. q. 2. modo ad executionem deventum ſit, ſaltim quoad reſignationem, aut proviſionem beneficii: alias ſecus, Garcias de benefic. p. 8. cap. 1. n. 71. ſed excommunicatio non incurritur, quia extravag. cum deteſtabile de ſimon. communi Doctorum calculo de ſimonia reali intelligitur, reluctante tamen Duareno, de beneficiis, lib. 8. cap. 6. ſimonia verò realis committitur quoties id quod in pactum fuit deductum hinc & inde fuit præſtitum, & hæc privat indiſtinctè obtentis & obtinendis & excommunicationem ipſo jure inducit d. extravag. cum deteſtabile. Similitudinaria ſeu interpretativa ea eſt per quam datur res ſpiritualis pro ſpirituali, Paſtor de benefic. lib. 3. tit. 18. n. 12. aut conditio, modus, aut pactum illicitum, in collatione, præſentatione, aut reſignatione intervenit, gloſſ. in cap. ex parte 1. in verb. dimittere, de offic. delegat. Flamin. de confid. q. 3. n. 9. aut quando ſuper lite beneficiaria initur tranſactio abſque beneplacito & confirmatione apoſtolica, cap. conſtitutus, de tranſact. & per hanc ſimoniæ ſpeciem nulla pœna præter nullitatem actus incurritur, abb. per illum textum in d. cap. conſtitutus, & ibi gloſſ. & Molin. in verb. audiatis, Duarenus lib. 6. cap. 2. Garc. p. 8. cap. 1.

n. 38. Paſtor ubi ſupra n. 21. n ertalis denique, quæ citra ullum pactum expreſſum, nec tacitum mente tantum concipitur, nulli prorſus pœnæ in hoc mundo ſubjicitur, ne quidem actus nullitati, per pœnitentiam coram Deo remittenda venit, cap. ult. de ſimon. de ſimoniacè proviſo non ſimoniaco vid. à nobis notata infra. cap. proximo n 3.

# PARAPHRASIS

## in Tractatum Sacerdotiorum.

### PARS QUARTA.

### QUIBUS MODIS BENEFICIA Clericis concedantur.

*De Collatione.*

SUMMÆ RERUM.

1 *Proviſio verbum generale.*
2 *Collatio quid.*
3 *Collatio ſimoniaca, nulla ipſo jure.*
4 *Preces quando ſimoniam inducant*
5 *Collatio ſub conditione an fiat.*
6 *Collatio intra ſex menſes facienda.*
7 *Clandeſtini actus ſuſpecti.*
8 *Collatio occultè facta, valet.*
9 *Collatio coram teſtibus fieri debet.*
10 *Patroni conſenſus in collatione neceſſarius.*

11 *Ordinarius collator quis.*
12 *Devolutio ad quem fiat.*
13 *Collatio nulla an confirmetur.*
14 *Ius ad rem, & in re, quando quæratur.*
15 *Inſtitutio quid.*
16 *Inveſtitura propria, & abuſiva.*
17 *Intruſus quis dicatur.*
18 *Signatura an ad poſſeſ. ſufficiat.*
19 *Poſſeſsio apprehenditur per ſignaturam.*
20 *Signatura perficit gratiam.*
21 *Gratia quando dicatur informis.*
22 *Executor quando habeat juriſdicti. exercitium.*
23 *Reg. Cancell. de non judicando declarata.*
24 *Expoſitum. c. primum de elec. in Extravag.*

## Caput I.

DE beneficio, variis, multiſque 1 *Proviſionis varii modi.*
modis provideri poteſt, ſed his præcipuè, collatione, poſtulatione, electione, præſentatione, nominatione, & gratia: [a] qui omnes, uno proviſionis verbo continentur, [b] collatio autem quantum ad rem noſtram pertinet, ſic mea ſententia finiri poteſt, Ut ſit gratuita quædam beneficii vacantis aſſignatio, ab habente poteſtatem, idoneo 2 *Collatio quid.*
Clerico legitime facta. Gratuitam imprimis eam eſſe oportet, hoc eſt ſine præmio, non mercenariam, [c] non precio, precibus,[d] pactionibus, [e] obſequiis aliáque humana gratia factam. [f] Alioqui ſimonia contraheretur, qua nulla redditur ipſo jure collatio. [g] Niſi ſimo- 3 *Simoniaca collatio nulla.*
niam ignoraret proviſus. [h] Quo tamen caſu, oportebit eum abdicare ſe beneficio, quamprimum ſimoniæ labem contractam cognoverit. [i] Nec prædictis obſtat, quod dici ſolet preces ſimoniam non inducere: [k] hoc 4 *Preces an inducant Simoniam.*
enim in precibus, ex honeſto aliquo affectu procedentibus, ex merito puta promovendi, recipiendum

a c. cum in illis. §. cum autem de præben. in vj.
b Gl. cle. fi. de elect.
c ca. ſi quis c. ego. j. q. vj.
d ca. ordinationes i. q. j.
e c. cum pridem. c. fin. de pac. c. quàm pio j. q. ij.
f c. Moyſes. viij. q. j.
g d. c. ordinationes. Pan. c. cum clerici de pact.
h Fely. c. inſinuatam de ſimo.
i ca. Matthæus §. nobis eo. titu.
k ca. cum Mabi Doct. de conſt. ca. tua nos de ſimo. c. ſi motu, de præben. in vj.

recipiendum eſt: ſecus ſi ex carnali affectu, ratione videlicet conſanguinitatis, amicitiæ aut lucri gratia. [l] Abeſſeque à collatione beneficii diminutio, [m] per reſervationem penſionis, aut alium modum facta. [n] Et omnis ſurreptio debet, ut gratuita dicatur. [o] Nam & indignum nimis eſſet & exemplo pernicioſum per ſurreptionis aſtutiam, ad ſacerdotium promoveri. [p] Debet item fieri purè collatio, non ſub conditione, [q] nec alternativè, ut Titio, vel Mævio aſſignetur, [r] nec copulativè, [ſ]

5 *Collatio ſub cõditione.*

hoc ideo caſu, quia duos in eadem Eccleſia intitulari (ut dicunt) vetitum eſt, [t] illis verò, quia per conditionem, & alternativam, collatoris voluntas incerta redditur & dubia, cum tamen oporteat, beneficii proviſionem ex puro conferentis conſenſu procedere [u] à ſolo Romano Pontif. facta, ad tempus [x] ſub conditione, [y] alternatim, aut conjunctim, [z] beneficii collatio, ex ſuprema quam habet in beneficiis poteſtate, defenditur, ſed & ſub conditione, quæ de jure ineſt, puta (ſi vacat beneficium,) ab Epiſcopo, & quocumque ordinario, collatio fieri poteſt, [a] licet collationem uterque, & collator, & proviſus ignoret. [b] Hæc enim adjectio ſi vacat, admonitionem in ſe magis, quam conditionem, habere videtur, [c] & dici vulgò ſolet, conditiones extrinſecus non venientes, id eſt quæ tacitè inſunt, expreſſas nihil operari [d] Non poteſt præterea beneficium, niſi vacans, (quod ſuprà declaratum extitit) & intra ſex menſes

6 *Collatio intra ſex mẽſes ſacienda.*

conferri, [e] niſi ex cauſa permutationis reſignatum ſit, ad cujus collationem, tempus præſtitutum non eſt. [f] Sicuti nec in hoſpitalibus, [g] in ordinariis præterea lateranenſe con-

l Gl. c. tuam de ætat. & qualit. & in d. c. ordinationes.
m c. un. §. pe. ut Eccleſ. benefi.
n c. extirpandæ § fin. de præben.
o c. cum olim de re judi. c. ſententiã xxxv. quæſtio ix.
p c. cũ dilectus de elec.
q c. ij. de elect. in vi.
r Archid. c. paſtoralis vij. q. j.
ſ Fely c. ij col. fi. de ap.
t c. ſicut ſeptima q. j.
u d. c. ij. de elect. in vj
x c. venięs de fil. presb.
y d. c. paſtoralis ubi archi. Fel. d. c. ij de app.
z c. ij. de præb. in vj. cle. ſi. ut lit. pend.
a Gloſſ. d. c. ij. de elect. in vj.
b Io. Mona. c. ſi tibi abſens de præ. eo lib.
c l. muto §. j. ff. de tutel.
d l. iij. ff. de leg j. l. aliquando ff. de condit. & demon gl. & Pan. c. ſignificaſti de elect.
e c. ij. de conceſ. præben.
f Paul. Leaza. cle. j. de re permut.
g Fred. tract. permut. q. xxix.

cilium loquitur. h Unde executor, qui Papæ vice fungitur, i ſemeſtri tempore non arctatur ad conferendum. k Sed an palam collatio fieri debeat quæſtionis eſt. Et quoniam pro iis quæ palam fiunt, & apertè lex præſumit, l contraque actus clandeſtini, ſuſpecti ſunt. m
7 Tutius eſt non in occulto conferre beneficium. n Neque enim clancularia collatio ſuſpitione caret, o quæ licet mero jure defendatur, p 8
accedentibus tamen aliis adminiculis infirmari facilè poteſt. q Ubi præſertim alteri dam- 9
num irrogaretur. r Qua ratione ſtylus curiæ Romanæ introduxit, ſ & uſus Gallorum comprobavit, ne in impetrantis, aut alterius præjudicium factæ ſine teſtibus collationes recipiantur, licet alioqui ſtetur omnino literis autentico ſigillo annotatis, in iis quæ ad officium ſigillantis pertinent.

*Collatio coram teſtibus fieri debet.*

h d c. ij. de conceſ. præb.
i c. ſanè de offi. deleg. c. ſi. xciij. diſt.
k Glo. cle. ſi de beneficio de præb & §. item circa de colla. prag.
l l. non exiſtimo. ff. de admin. tut.
m c. conſuluit de off. de leg. gl. l. j. C. de interd. mat.
n c. quia propter §. ſide el. ct.
o c. un. §. j. ut eccle. beneſi.
p l. non minorem C. de tranſact.
q Panor. c. j. de cland. deſpon.
r c. ſi. tantum vj. q. ij.
ſ Rot. 22. & 348. ſno.

t Præter hæc fieri debet de patroni conſenſu collatio, ſi beneficium ſit patronatum. u Quod à doctoribus alibi pleniſſimè diſputatum, x loco magis idoneo, paulo infra tractabimus. 10
Oportet denique & eum qui confert, & eum cui confertur, ut ſuprà accuratè probavimus, capaces eſſe. Eum qui confert, ſcilicet conferendi poteſtatem habere, quia ſit Papa, y Legatus, Cardinalis, z Epiſcopus, a aut alius ordinarius còllator, cujus poteſtas non ſit ad ſuperiorem devoluta. b
11 Ordinarii autem nomine continentur, quicunque ſuo jure conferunt, ſive id lege communi, ſive ex privilegio habeant, c licet Epiſcopo inferiores. d Qui ſi indignis conferant beneficia, aut intra præſcriptum à lege tempus negligant conferre pro ea vice, poteſtate conferendi privantur, e facta ejus facultatis, de prælato ad capitulum, 12

*Patroni in collatione conſenſus.*

*Ordinarius collator.*

*Devolutio ad quem fiat.*

t c. poſt ceſſionem de probat. c. ij. de offic. ordi. in vj.
u c. illud de jur. patr. c. decernimus xvj. q. vij.
x Panor. Felin. & alii c. cum Bertholdus de re judic.
y c. ij c. ſi à ſede de præbend. in vj.
z c. j. de offic. leg. in vj.
a c. omnes baſilicæ. xvj. q. vij.
b c. licet ubi Panor. de ſup. neg. prælat.
c à judicibus ij. q. vj. Glo. §. item quod omnia de collat. pragm.
d c. ordinarii cum gloſ. de offic. ord. in vj.
e c. cum in cunctis §. ſi. de electiou.

ob magnam quæ eſt inter eos communio
nem, [f] aut ad proximum ſuperiorem devolu-
tione, [g] facta autem collatio nulliter, excom-
municato puta, [h] aut aliter incapaci, [i] per ſe-
quentem abſolutionem, aut diſpenſationem
13 ſupervenientem, in foro ſaltem contentioſo,
non convaleſcit. [k] Neque enim firmatur ex
poſtfacto, quod initio nullum fuit. [l] Ubi verò
collatio, omni ex parte legitimè facta eſt,
jus ad rem, id eſt ad beneficium, clerico tri-
buit. [m] Sicuti electio, electo, [n] præſentatio,
14 præſentato [o] & gratia expectativa præbendæ,
recepto in canonicum. [p] Poſtquam verò ac-
ceptaverit Clericus, jus in re acquirit, [q] etiam
15 ante adeptam poſſeſſionem, [r] quam præcede-
re debet inſtitutio corporalis, hoc eſt appro-
batio, & confirmatio collati tituli, [s] uſitatio-
16 re paulò vocabulo, inveſtitura dicta, facta
ſiquidem verbali collatione inveſtitur clericus
de beneficio per annuli, pilei, calami, aut
alterius cujuſvis rei traditionem, [t] ab Archi-
diacono, qui jure communi hanc facultatem
habet, [u] cum autem verbalis hæc inveſtitura,
impropria ſit, & abuſiva, non in poſſeſſionis
ſubſtantia, ſed in ſigno, & quodam præam-
bulo duntaxat conſiſtens, [x] poſſeſſionem non
transfert, [y] tametſi poſſeſſor conſentiat: [z] Ni-
ſi fortè in rei, hoc eſt benificii, ab alio non
poſſeſſi, conſpectu, & præſentia facta ſit. [a]
Aut diverſum receperit conſuetudo. [b] Itaque
miſſione in poſſeſſionem corporali opus erit. [c]
Quam adipiſci ex Cancel. Reg. [d] intra ſex
menſes oportet. Licet jus commune, certum
tempus non diffiniverit. [e] Miſſione verò ne-
glecta beneficii poſſeſſionem. Clericus appre-
17 hendere non poteſt, [f] alioqui diceretur intru-

*Collatio nulla an convaleſcat.*

*Ius ad rem quãdo quæritur.*

*Inſtitutio.*

*Inveſtitura.*

*Abuſiva inveſtitura.*

f c. requiſiſti de teſta.
g ca. licet de ſup. negl. præl. c. ij. de conc. præbend & d. §. fin.
h c. poſtulaſtis de cler. excommun.
i d. c. cum in cunctis.
k Arch. c. nullus lxiij. diſ. Fely. c. cum dilectus col. ij. de accuſ.
l c. auditis de ele. ca. ſi eo tempore de reſcrip. in vj.
m Gloſ. c. fin. de conceſ. præb in vj.
n c. fin. de tranſl. epiſc.
o c. dilectus. de offi. leg.
p c. ſi poſtquã de præb. in vj.
q c. ſi tibi abſenti eod. titul.
r d. c. ſi. de conceſ. præb.
ſ c. ad hæc de offic. ord.
t c. cum olim. de re ju. c. ex ore, de iis quæ fi. à prælat.
u c. ad hæc c. ut noſtrũ de offic. Archid.
x c. j. ubi Bald. quid ſit inveſt. in feud.
y l. non ſtatim ff. de pecul c. per tuas de dona.
z Innoc d. c. ex ore.
a l. clavibus ff. de cont. emp l. j §. ſi juſſerim, & l. quod meo § ſi vendi torem ff. de acq. poſſ.
b c. ij. de conſuet.
c Gloſſ. c. pro illorum de præb. & c. authoritate de inſtit.
d Reg. Cancel. xxxiiij.
e Auriol. c. eam te. nu. cclxvij. de reſcript.
f c. paſtoralis de privil.

g c. eum qui de præ-ben in vj
h c. ad aures de exceſ. præl. c. quia diverſitatem de conceſ. præben

*Intruſus quis dicatur.*

ſus.[g] Sic enim jus Pontificium eum appellat qui ſuo ſenſu, ſpreta ſuperioris authoritate, beneficii poſſeſſionem invadit,[h] licet, ut plerique omnes exiſtimant, titulum habeat clericus. Adeò quiden, ut crebro traditum ſit clericum, qui cum ſimplici ſignatura, non levatis, (ut dicunt) bullis poſſeſſionem beneficii nactus eſt, intruſum, & violentum eſſe. 18

*Signatura an ſufficiat ad poſſ.*

i Felyn. c. veniens de accuſat.
k d c. cum qui.
l. cap. j. de elect. in extr. 10.
m Rot. cclcviiij.
n Bellam. deci. ccccccix. Gomeſ. reg de non jud. jud. for. ſupp.
o Bellame. cõſi, xxxiiij.

i Ideóque omne jus amittere.[k] Idque Bonifacii conſtitutione[l] expreſſum nonnulli putant, quos etiam juverit ratio. Ante confectionem quippe literarum nondum videtur perfecta gratia, cùm executor, literis non confectis, eam exequi prohibeatur.[m] Et quoniam poteſt contingere, ſuper tali ſignatura, non expediri literas, aut ſub aliis clauſulis, ob inſolitas in ſupplicatione expreſſas.[n] Nam & alioqui fruſtra, & otioſè nimis, tot officiales Cancellariæ præpoſuiſſet Roma. Pont. certam illis formam præſtituens, literas expediendi, ſi ſola ſupplicatio, ſine bullis ſufficeret.[o] Aliis verò hæc ſententia meritò diſplicuit, verius exiſtimantibus, poſſeſſionem ex ſimplici ſignatura, jure adpræhendi poſſe, nullumque ex hac poſſeſſione, intruſionis vitium contrahi.[p] Idque in Gallorum moribus eſſe docti viri teſtantur.[q] Et huic ſententiæ nos adſtipulamur. Intruſus quippè dicitur, qui non per oſtium intrat, ſed aliunde conſcendit:[r] ut qui ſine titulo, vel colore, ſua authoritate beneficium occupat[ſ] aut cum titulo injuſto, & non canonico,[t] obtento puta à ſuperiore ſuſpenſo, excommunicato[u] aut alia ratione, poteſtatem conferendi non habente:[x] quibus caſibus, non omnino effugit intruſionem clericus. Licet ſuperioris autho-

19 *Poſſeſſionem ex ſimplici ſignatura apprehẽdere licet.*

*Intruſus*

p Gomeſ d reg. de non jud. juxt. for. ſupp. q. v.
q Reb. de pa. poſ. nu. 51.
r c. relatum de jur. patronat.
ſ d. c. ad aures de eum qui gl. c. niſi §. j. de renuntia.
t c. veniens de accuſa. Cald. conſi. xiij. de verbo ſign.
u c. ſi de exceſ. prælad. c. quia diverſitatem.
x c. ij. de in integ. reſt. c. ex frequentibus de inſtitutio

*Signatura ſeſe ſeit gratiam.* ritas intercedat.) Atqui ſupplicatio, ſeu ſignatura, titulus eſt, z gratiámque perficit: nam eo ipſo ut Calde. a dicebat, quòd Papa dicit fiat, non expectato alio literarum adminiculo, gratia facta eſt. Neque enim literæ ad eſſe, ſed ad probationem requiruntur. b Idque vel eo conſtat, quia non expirat gratia, tametſi moriatur Papa ante literarum expeditionem. c Sed à ſucceſſore expediendæ ſunt literæ, in forma rationi congruit. d Et vacat beneficium per mortem impetrantis, ſolam ſignaturam
20 habentis e Et à ſola ſignatura diſpenſatio ad duo incompatibilia effectum accipit. f Quamvis Regu. Cancell. g dicat, diſpenſationem non ſuffragari, niſi literis expeditis, cum itaque clericus ſignaturam habens, titulum canonicum ſaltem coloratum habere dicatur, poterit cum ſola ſupplicatione, beneficii poſſeſſionem obtinere. h Neque enim de ſubſtantia gratiæ ſunt literæ; ſed ad probationem
21 tantùm deſiderantur. i Unde quod Rota dicebat, k gratiam informem eſſe, & imperfectam, ante literarum expeditionem, in executoribus de quibus agit, ſanè recipiendum eſt: qui juriſdictionis exercitium ſine literis non
22 habent. Cum omnis eorum authoritas à literarum forma pendeat. l Quocirca licet juriſdictionem acquirant, à tempore datæ, illam tamen ante receptas literas non exercent.
23 m Nec etiam me moverit cancell. Regula, De non judicando ſecundum tenorem ſupplicationis, quam Rota ſemper intellexit, in petitorio, & adjudicatione tituli, non ubi de
24 poſſeſſorio agitur. n Denique non obſtat Boniſac. Conſtitutio, o quæ in Abbatiis, Epiſcopatibus, aliiſque majoribus dignitatibus, ob

*Poſſeſſionem intrare cum ſignatura.*

*Gratia in ormis.*

*Regula de non judicando.*

y Glo. c. cum ſuper de cauſ. poſſeſſ. & propriet.
z Caſſado deci vl. de reſp. ſpo.
a Cal. ca. quiſquis de elect.
b c. inſtitutionis xxv. quæſt. ij.
c Panorm. c. in noſtra. col. ſi. de reſcri. Archi. ſ ioæ. ſexr.
d Reg Cancel 8. Bald. l. humanum in ſin. C. de legib
e Rot. 882. in ant.
f Glo. Reg. Cancel. xiij col. ſi. Gomeſ. regu. de non jud juxt. for. ſup. q. 5.
g Reg. Cancel. liij.
h Caſſiod. d. deciſ. ult
i l. j. C. de mand. princ. Panor d. c. in noſtra.
k Rota d. deciſ. 458.
l c. paſtoralis. §. ſin. de reſcript.
m c. ſuper eo. ij. de appel. Ioan. and. c eam te in ſi. de reſcrip.
n Caſſodo. d. deciſ. vl. Gomeſ. d quæſt. v.
o c. j. de elect. in extra. io.

gravitatem impendentis periculi, [p] ſpecialiter loquitur. Quare in minoribus beneficiis diverſum conſtitutum, intelligi debet. [q]

[p] c. ubi periculum de elect. in vj. & d. c. j. in prin.

[q] l. maritus C. de Procur.

## SOLIER.

1 *Qui omnes uno proviſionis verbo continentur.* Idem videtur dicendum de collatione, ut comprehendat omnes providendi modos ſicut cernere eſt in rubro & nigro tituli, ut beneficia Eccleſ. ſine diminut. conferantur, & in Clem. unica, & ibi gloſſ. in verb. conferantur, de rerum permut. & ibi dd. & tamen contrarium probat textus in cap. cum in illis §. cum autem de præb. in 6. ubi dicitur magnam eſſe differentiam inter collationem & præſentationem, pro concordia dic primam ſententiam habere locum quando verbum collatio profertur à lege in qua non datur ambitio, nec reſtringendi occaſio; textum vero §. cum autem procedere quando profertur in reſcriptis de quibus textus loquitur, quæ tanquam ambitioſa ſunt reſtringenda cap. quamvis de præb. in 6. ita diſtinguit gloſſ. penult. in fine in d. Clem. unic. de rerum permut.

3 *Niſi ſimoniam ignoraret proviſus.* Proviſus ſimoniacè non ſimoniacus, cum ſcilicet eo inſcio ſimonia ab alio commiſſa eſt, in nullam ſimoniacorum pœnam incidit, excepta proviſionis nullitate, quam non effugieret iam ſi habita ſimoniæ ſcientia beneficium illicò demiſerit, ad quod nihilominus pro illa vice inhabilis remanebit, cap. nobis de ſimonia: quod ſi ſcienter beneficium retinuerit cenſetur omnem tractatum approbare, ita ut à principio videatur commiſiſſe: ignorans autem per triennium juvabitur regula de triennali, Gomeſ. ad eandem regul. q. 12. Flamin. de con-

ſid. q. 21. n. 37. niſi per reſignantem recipiendo pecuniam ſimonia fuerit commiſſa, ut volunt Gomeſ. & Flamin ibid.

5 *Debet item fieri purè collatio non ſub conditione, nec alternativè.* Quamvis cap 2 de elect. in 6. loquens de electione habeat locum etiam in collatione & proviſione, ut notat. gloſſ. communiter approbata, ibi in verb. incerta, in præſentatione tamen non procedit ille textus, ſed præſentatio non ſolum alternativa, ſed etiam conditionalis, incerta, dubia & obſcura valebit, dummodo infra tempus datum ad præſentandum conditio purificetur, incertitudo dubietas & obſcuritas certificetur, ut argum. Clem. plures §. finali, de jurep. docet Lambertin. de jurep. p. 2. lib. 2. q. 3. art. 5. n. 5 & art. 9. Garc. p. 8. cap. 2. n. 3. quod procedit etiam in patrono Eccleſiaſtico, Rebuff. in forma mandati in verb. innodatus exiſtit ad fin. in concord.

6 *Sicuti nec in hoſpitalibus.* Idem dicendum de præſtimoniis ſeu capellis laicalibus, ut in eis non habeat locum devolutio per negligentiam patronorum, quia nulla omnino jura canonica in hujuſmodi ſacellis ſervari vult Molin. ad regul. de infirm. n 417. & ſeqq. contrarium mihi probatur cum apud nos ad inſtar beneficiorum regulentur, & uſu receptum ſit illa quotidie impetrari jure devoluto, & non abs re, alias piæ teſtantium voluntates facilè eluderentur, & tandem cum auctoribus ſepultæ & quaſi extinctæ jacerent.

9 *Ne in impetrantis, aut alterius præjudicium factæ ſine teſtibus collationes recipiantur.* Iiſque non domeſticis, nec conſanguineis, vel affinibus in ſecundo gradu collatoris, vel col-

latarii, ut cavetur edicto Regio, ſeu declaratione inſinuationum noncupata de anno 1646. art. 9. quia dictum hujuſmodi teſtium non reputatur integrum, ut de domeſtico habetur in l. etiam cod. de teſtibus, de conſanguineo in cap. conſanguinei 3. q. 5. de affini. in cap. ſimiliter eadem cauſa & quæſt. niſi haberent conteſtem habilem, Lambert. de jurepat. lib. 1. q. 1. art. 6. n. 21. ſed an ſecretarius qui expedit literas collationis debeat eſſe Notarius maximè, ubi adeſt ſuſpicio antidatæ affirmant Puteus lib. 2. deciſ. 324. Gonzales ad regul. 8. §. 3. proemiali à n. 147. Garc. de benefic. p. 8. cap. 4. n. 55. ſed apud nos negativa eſt vera modo interveniant & ſubſcribant, ſi literas norint, duo teſtes omni exceptione majores d. art. 9.

19 *Et huic ſententiæ nos adſtipulamur.* Cenſet auctor cum Gomeſio & Rebuffo poſſeſſionem beneficii ex ſimplici ſignatura abſque executore capi poſſe, quod alii limitant, ubi alius non eſt in poſſeſſione: alias ſecus, quia eſſet illum ſpoliare propria auctoritate quod non licet, ita Panorm. in cap. tranſmiſſam, de elect. niſi collator conferendo collatarium inveſtierit per traditionem pilei, vel calami, quia hæc inveſtitura dat facultatem ingrediendi propria auctoritate, Rebuff. in praxi titu de miſſioni in poſſeſſ. n. 6. ſed rejice futiles diſtinctiones hujuſmodi, ut teneas omni caſu neceſſariam eſſe poſſeſſionis apprehenſionem, non per ſeipſum & propria auctoritate, ſed per executorem à collatore ad id deputatum, ut clarè probatur in cap. cum qui, de præb. in 6. ubi intruſus pronunciatur qui vi vel injuſte beneficium occupat licet cum juſto

titulo

titulo prout vel ex eo convincitur quod ſecus agendo textus privat illum omni jure ſi quod haberet in beneficio, vel, ad illud atqui jus in beneficio non acquiritur niſi per collationem, aut alium canonicum titulum, cap. ult. de conceſſ. præb. in *6.* non ſufficit ergo titulus ad capiendam beneficii poſſeſſionem, abſque ſuperiore vel alio per eum deputato, quod etiam liquet ex cap. licet Epiſcopus de præb. in *6.* adde communem obſervantiam & conſuetudinem quæ pro lege habetur cap. 2. de conſuet. Ita tenent Dynus ad regul. beneficium n. 25. Archidiaconus in d. cap. eum qui, de præb. in *6.* Gloſſ. pragm. de pacific. poſſeſſ. in princ. in verb. non violentus & alii quos refert & improbat Garc. p. 4. cap. 2. à n. 4. An autem inſtitutio, inveſtitura & in poſſeſſionem inductio ſint diſtinctæ ſpecies, vel idem ſignificantes? eſſe diſtinctas tradit Dynus ubi ſupra, n. 17. & 18. ubi ait per inſtitutionem quam vocat verbalem tribui jus proprietatis, per inveſtituram declarari & confirmari illius juris collationem, & per inductionem in poſſeſſionem, tribui jus poſſeſſionis & adminiſtrationis, cap. ad hæc §. in quædam cap. ut noſtrum, de offic. Archidiac. ſed apud nos inveſtitura abiit in deſuetudinem.

R

# DE POSTULATIONE.

## SUMMÆ RERUM.

1 *Electivis beneficiis, tripliciter providetur.*
2 *Poſtulatio quid.*
3 *Poſtulare qui poſsint.*
4 *Indigni ad poſtulandum.*
5 *Poſtulantium concordia, qualis.*
6 *Majorem partem conſentire, quandoque non ſatis eſt.*
7 *Gratiam, an capitulum faciat.*
8 *Poſtulantes, quando varient.*
9 *Poſtulari, qui prohibeantur.*
10 *Nuptiæ, inter Epiſcopum, & Eccleſiam.*
11 *Clericus, cum Eccleſia, non contrahit.*
12 *Cardinalis, an poſtuletur.*
13 *Cardinales, pars corporis Papæ.*
14 *Abbas eligi poteſt.*
15 *Poſtulantes indignum, an privati ipſo jure.*
16 *Argumentum de elect. ad poſtulationem.*
17 *Poſtulationem, quis admittat.*
18 *Confirmatio, in poſtulatione, non neceſſaria.*
19 *Poſtulatio, innititur gratia.*
20 *Poſtulatio, non ſolemnis.*

### CAPUT II.

PER collationem de qua mox 1
diximus, collativis beneficiis
providetur. [a] Electivis verò, tri-
plici via. Poſtulatione videlicet,
electione, & nominatione. [b]
Nihil aliud autem eſt poſtulatio, quàm ſup- 2
plex quædam petitio, perſonæ ) non propter
vitium, ) eligi prohibitæ, per Capitulum, ad
prælaturam vacantem, apud ſuperiorem una-
nimiter facta. [c] Quæ finitio demonſtrat, in
poſtulatione, tres perſonas conſiderandas eſſe,
quibus totus hic tractatus continetur, & clau-
ditur poſtulantis, poſtulati, & ejus apud quem
fit poſtulatio. Poſtulare, eos imprimis poſſe, 3

*Electivis beneficiis quando provid atur.*

*Poſtulatio.*

a Glo. cle. quia contingit §. ut autem de religio. do.
b c. bonæ j. in fi. de poſtul. præla.
c c. innotuit §. habito de elect. c. bonæ ij. & c. fi. de poſtul. præla.

*Poſtulare quis poſſint.* certum eſt, qui eligendi facultatem habent.[d] Ut Canonicos, & alias Collegiales perſonas, quibus jus eligendi futurum prælatum, jure communi competit.[e] Et eos per contrarium, conſtat indignos ad poſtulandum, qui ſunt
4 indigni ad eligendum.[f] Cùm enim per poſtulationem, ut vulgo creditum eſt, ad electionem deveniatur: quibus interdicta eſt electio inhibita quoque poſtulatio intelligi debet.[g] *Indigni ad poſtulandū.*
5 Poſtulantes autem concordes, & unanimes eſſe oportet,[h] hoc eſt quemadmodum plerique omnes interpretantur, ut nemo diſſideat, non o diſcrepet: ſed omnes in unum conſentiant.[i] Id enim propriè dicitur concorditer, & unanimiter fieri.[k] Et actus eſt gratiæ poſtulatio,[l] in actibus autem voluntariis & gra- *Unanimiter quid fiat.*
6 tioſis, non ſufficit factum à majori parte capituli, ſed omnes ad unum nemine, (ut dicunt) diſcrepante, conſentire oportet.[m] Nec alias ut Hoſtienſis & alii[n] teſtantur conſuevit Eccleſia Romana, poſtulationem recipere:[o] ſed hæc ſententia ex profeſſo Innocentii conſtitutioni[p] repugnat, ut ab ea meritò diſcedendum putem. Quodque fit à majori & ſaniori parte capituli, (Si tamen pars illa ſit duplo major) attendendum.[q] Conſtans enim eſt in actibus univerſitatis regula, ut omnes egiſſe videantur, quod major pars efficit,[r] etiam (ut pleriſque viſum eſt,[ſ] ſi actus illi gratiæ eſſent, & meræ voluntatis: quibus tamen non anni meraverim poſtulationem, n ſi reſpectu ſuperioris, apud quem fit petitio.[t] *Factum à majori parte attendendum.*
7 Unde quamvis verum ſit,[u] gratiam à capitulo concedendam, nemine repugnante: nihil o ſtat hoc enim accipiendum eſt, ubi collegium gratiam faceret, non etiam quando pe- *Gratiā quomodo capitulum faciat.*

d d. c. bonæ ij. §. cæterum.
e c. fin xvj. q. vij.
f Glo. fin. & Bal. c. j. de reſti. ſpol.
g L. oratio. ff de ſpon.
h d. c. bonæ ij. & d. c. ſide de poſtul. prælа.
i p. c. bonæ ubi Pat o. j. not.
k c. cū dilecti de elect. Gloſſ. c. cupientes §. ad hæc eo tit. l. in vj. & in cle. ne Romani contr.
l c. j. bonæ j. & ca pe. de poſtu. præla d. c. cupientes §. pe.
m Gl. c. cum omnes de conſtit.
n Hoſtien. & Goff. in ſumma
o d c. bonæ j.
p c. ſcriptum de elect.
q d. c. bonæ c. in Geneſi & c. ſcriptū de elect.
r l. quod major. ff. ad municip. c. j. & ſi. de iis quæ ſi. à majo.
ſ Card. l anor. & doct. d. c. cum omnes.
t d. c. pe. de poſtu præla. & cap. cupientes §. penul.
u Gl. d. c. cum omnes.

ceret, ut in poſtulatione contingit, [x] quam ſi 8
ſemel ſuperiori præſentaverint, non poſſunt
variare poſtulantes. Licet ante præſentatio-
nem, publicato quamvis ſcrutinio, liberum
ſit illis retrocedere, [y] ſi non obſtet fides præſ-
tita compromiſſo. [z] Cùm poſtulantes non
propriè dicantur conſentire, ſed declarare, &
tractare, [a] votum ſuum, in ſuperiorem diri-
gendo. [b] Nec ullum jus poſtulato, (cùm ſit
inhabilis,) ex ſola poſtulatione quæritur, qui
ideo conqueri non poteſt, Secus igitur in elec-
tione, publicato ſcrutinio, [c] cùm per eam jus
acquirat electus. [d] Mutare autem conſilium in
alterius injuriam, Eccleſiaſticis præſertim
perſonis [e] non licet: [f] poſtulari verò poſſunt 9
ii, qui eligi, (non propter vitium) prohi-
bentur, [g] ut nondum ſacris initiatus ordini-
bus, [h] non juſtæ ætatis clericus, [i] attingens
tamen. xxvij. annum, [k] illegitimè natus, [l]
& alteri Eccleſiæ Cathedrali alligatus, [m] ut
Epiſcopus, inter quem & Eccleſiam, cùm
matrimonium contractum intelligatur, [n] ob
idque annulum geſtare ei ſit conceſſum, [o] ſi- 10
cuti non poteſt maritus conſtantibus primis
nuptiis, ſecundam uxorem ſuperinducere: [p]
ita nec alteri Eccleſiæ præfici Epiſcopus, niſi
prioris vinculo diſſoluto. [q] Sic enim de car-
nali matrimonio, ad ſpirituale ratiocinari li- 11
cet, [r] cumque non tanta ſit conjunctio inter
alios prælatos, & Eccleſiam, atque ideo in ſo-
lis Epiſcopis propriè, & ſtrictè, matrimo-
nium ſpirituale conſideretur, [s] poterit Abbas
& quicumque prælatus præter Epiſcopum eli-
gi, [t] etiam Card. [u] Nec obſtat quod Cardi- 12
nales pars ſunt corporis Papæ, [x] eiſque non 13
liceat Curiam Romanam deſerere, ſine Ro-

*Poſtulantes non variant.*

*Electores non variant.*

*Poſtulari qui poſſunt.*

*Uxores duas nemo habet.*

*Matrimonium ſpirituale.*

*Cardi-*

x d. c. pe. & d. §. deniq́ue.

y d. c. bonæ ij. de poſt. i. prela.

z c. in cauſis in fi. ubi gl. & doct. de electi.

a Panor. ca. publicato col. pe. de elect.

b Panor. rub. de poſtu. præl.

c d. c. publicato c. fin. viij. q. ij.

d c. fin. de tranſl. epiſc. Glo. c. quãto lxiij. diſt.

e Cle. cum illuſio. de renunna.

f l. ne mo poteſt. ff. de regu. jur. c. mutare eo. tit. in vj.

g c. fi. de poſtul. præla. c. un. illo tit. in vj.

h c. dudum j. de elec. c. præterea de æta. & quali.

i d. c. cupientes §. denique.

k c. un. de poſtu. præla. in extra lo.

l c. innotuit de elec.

m d. c. bonæ ij. & d. c. fi de poſtu. præla.

o ca. pen de vit. & hone. cle. c. fœmina xxx. q. v.

p l. eum qui duas C. de adult. Roma. vij.

q c. ſicut vij. q. j.

r c. fin. de tranſl epiſ. & nuptiarum. xxvij. q. j.

ſ Gloſ. d. c. fi. de tranſla. epiſ.

t ca. ſi abbatem. de elect. in vj.

u c. Eccleſia ij. de elect.

x Panorm. c. ij. de cleri. non reſid.

*nalium dignitas.*

mani Pontif. authoritate, [y] & ideo videan-
tur, Epiſcoporum exemplo, Eccleſiæ alli-
gati, poſtulari non eligi poſſe. [z] Hoc enim
14 nihil infert, quandoquidem nec Abbas mo-
naſterio ſine licentiâ ſuperioris migrare poſſit,
[a] & tamen jure eligatur. [b] Dicendum igitur,
cardinalem, presbyterum, vel diaconum, eli-
gi poſſe, [c] at electioni de ſe factæ, niſi juben-
te Papa, conſenſum præbere non poſſe. Si-
cuti nec monachus electus, ſine Abbatis au-
thoritate. [d] Cardinalis verò Epiſcopus poſtu-
lari debet, [e] cùm eligi prohibeatur, non quia
Cardinalis, ſed quia Epiſcopus. [f] Cæterùm
15 qui propter crimen eligi non poſſunt, poſtu-
lari quoque prohibentur. [g] Adeò ut poſtulan-

*Poſtulantes indigni.*

tes, pro ea vice poſtulandi, ſeu eligendi pri-
ventur poteſtate. [h] Non quidem ipſo jure, ut
16 Panormi. & alii exiſtimant. Hoc enim in
electione conſtitutum; cum ſit pœnale: &
ingens differentiæ ratio ſubſit, ad poſtulatio
nem trahi non debet. [k] Gravius quippe delin
quunt eligentes qui tribuunt jus electo, [l] quàm
poſtulantes, qui nec jus conferre, nec pro-
priè conſentire dicuntur. [m] Et hanc noſtram
ſententiam, Innocentii III. [n] verba ubique
confirmant. Nec obſtat, quòd cum per poſ-
tulationem ad electionem ut dici ſolet perve-
niatur eadem utriuſque debeat eſſe prohibitio.
[o] Id enim demus, licet negandum eſt, pœnam
electionis, in poſtulatione locum habere. [p]
Nam nec excommunicatus eligentibus, ij. ex-
communicati cenſentur, qui in ſcrutinio fe-
runt ſuffragium: [q] quamvis actus ille, ad elec-
tionem præparatorius ſit. [r] Nec pœna contra-
henti matrimonium in dicta, ad contrahen-
tes ſponſalia extenditur, [ſ] tametſi his caſibus

y cap. cum non liceat d. præſcript.
z cap. bonæ ij. de poſtul. præla.
a ca. cum venerabilis de conſue
b d. c ſi Abbatem.
c d. c. Eccleſia ij.
d c. ſi religioſus de electio. in vj.
e c. bonæ j. de poſt. prel.
f d. ca. ſi. de tranſl. epiſc.
g cap. j. & c. ſi. de poſtula. prælat.
h ca. ſcriptum in fin de ele. c j. & c. ij. de poſtula. prælat.
i cum in cunctis §. fin. de elect.
k Panor. c. ij. de teſta.
l c. ſi. de tranſl. epiſc.
m ca pe. de poſtul. præl.
n d. c. ſcriptum & d. c. j.
o L oratio. ff. de ſponſa.
p Panor. d. c. ij.
q Bald. l. un. ad ſi. C. ſi rect. pro.
r c. quia propter de ele.
ſ Glo. cle. un. de conſang. & affi.

ſponſalia inhibeantur, quibus nuptiæ, t ut 17
merito reſponſum ſit, in pœnis Ulpiani regulam ceſſare: u verum enimvero poſtulationem admittit ſuperior, x qui ſuper electionis impedimento valeat diſpenſare: y factáque ab eo poſtulationis comprobatio, electionis confirmatæ plenum habet effectum. z Nec alia 18
expectatur confirmatio. a Ut nec in electione Romani Pontificis. b Sed ſimulatque poſtulatus admiſſus eſt, fit ei poteſtas, ad Eccleſias poſtulantium tranſeundi, c quod cum jure verum ſit, d falluntur interpretes exiſtimantes id ex ſtylo Romanæ curiæ dumtaxat introductum, ut vitato omni circuitu, e Eccleſiarum diſpendiis quàm citiſſimè occurratur: f lege autem per poſtulationem, electionis tantum, capacem poſtulatum fieri, g quod nullibi probatur. Unde nec verum
eſt quod dicunt, per poſtulationem ad electionem deveniri. Licet verum ſit, per poſtulationem perveniri ad proviſionem, ex gratia ſuperioris, h cui, ut ſæpe diximus, poſtulatio innititur. i Sed nec illis aſſentior poſtulationem neſcio quam non ſolemnem effingentibus. k Quam ab eo peti dicunt, 19
qui diſpenſare non poteſt. Cujus tamen 20
conſenſus, propter authoritatem quam in poſtulatum habet, exigitur. Veluti ab abbate, aut patre, ſi monachus, vel filiusfamilias poſtuletur eligendus. l Hæc enim deliramenta ſunt: cum abbatis, & patris authoritas, reſpectu poſtulati duntaxat conſiderari poſſit: poſtulatio autem, non niſi apud ſuperiorem poſtulantium fiat. m Et hi tantùm poſtulari poſſint qui eligi prohibentur. n Monachum autem eligi poſſe conſtat, licet

*Poſtulationẽ quis admittat.*

*Stylus curiæ Romanæ.*

*Poſtulatio non ſolemnis.*

t d. l. oratio.
u Bal. d. l. unica.
x c. j. cum ſimi. de poſt. præla.
y Gl. c. indemnitatibus de elect. in vj. Panor. d. c j. col. fi.
z Gloſ. c. fi. in princi. de elect. in vj.
a c. bonæ ij. §. fin. de poſtu. præla.
b c. in nomine domini. 23. diſtin.
c cap. in cauſſis § fin. de elect c. poſt tranſlationem §. fi de renun.
d d. c. poſt tranſlationem.
e l. Dominus ff. de condi. indeb.
f c. ne pro defectu & c. quia propter de elect.
g c. innotuit eo. tit.
h Io. mona. c. j. de poſtu prælat. in vj.
i c. pen. de poſtu. præla. gl c. ſicut §. non derogando de elect in prag.
k Panor. c. j. colum. fin. de poſtul. præla. & in d. c. quia propter ij. q.
l c. fi. religioſus de electio in vj.
m d. c. j. cum vulg. de poſtu. præla.
n c. fi. illo tit.

electioni ſine abbate conſenſum præſtare nequeat, [o] de filiofamilias quoque ambigere neminem puto, cùm in ſpiritualibus ſui juris cenſeatur. [p]

o c. ſi religioſus de electio in vj.
p c. ſi. de jud. in vj.

## SOLIER.

2 *Non propter vitium.* Nam criminoſi nec eligi nec poſtulari poſſunt, cap. 2. de poſtulat. prælat. niſi criminibus objectis ad meliorem frugem tranſierint, abbas in cap. etſi unanimiter, eod. tit. qui autem poſtulant quem poſſent eligere nihil agunt, niſi de benignitate audiantur, Innoc. in cap. 1. eod. tit. & poſtulare poſſunt omnes qui poſſunt eligere ut hic ait auctor ex cap. bonæ memoriæ 2. §. cæterum dicto tit, poteſtque poſtulationem admittere qui confirmare electionem poteſt, dummodo impedimentum removere poſſit, quod obſtat electioni, abbas in cap. fin. n. 10. eod.

8 *Quam ſi ſemel ſuperiori præſentaverint non poſſunt variare poſtulantes.* Non ex eo quod hinc aliquod jus ſit quæſitum poſtulato cum nullum quæri certum ſit, donec admiſſa ſit poſtulatio, ne illudatur ſuperiori, abbas in d. cap. bonæ memoriæ, Silveſter in verb. poſtulatio q. 9. unde conſentiente ſuperiore poſſunt à poſtulatione recedere, ut iidem adjiciunt.

11 *Poterit abbas & quicumque prælatus præter Epiſcopum eligi, etiam cardinalis.* Cardinalem eſſe poſtulandum & non eligendum in Epiſcopum tenent hoſtien. & Abbas ſenior relati à panorm. in d. cap. bonæ memoriæ 2. n. 5. quos & ipſe viſus eſt ſequi ibid. & in cap. etſi unanimiter, n. 8. d.

tit. & optimè probatur in cap. bonæ memoriæ le premier, eod. ubi cardinalis presbyter fuit poſtulatus, ſed impropriè ibi jacet hoc verbum cum in contrarium extet. textus apertus in cap. Eccleſia veſtra 2. de elect. ubi panormitanus palinodiam canit.

20 *Sed nec illis aſſentior poſtulationem neſcio quam non ſolemnem effingentibus.* Non video cur auctor improbare debeat poſtulationem ſimplicem quæ à collegio ſeu capitulo fit, illi ſine cujus conſenſu promoveri iis, non poteſt, quem capitulum ſibi dari optat: nam ſi verbi gratia ſit monachus non poterit promoveri ſine licentia abbatis, cap. ſi religioſus de elect. in 6. quæ imprimis poſtulari debet & quam ipſe petere non poteſt propter vitium ambitionis, Clem. ult. & ibi gloſſ. de elect. debet ergo per capitulum ab abbate poſtulari, & hæc poſtulatio dicitur ſimplex ad differentiam ſolemnis, nec fictitia eſt, ſed realis & neceſſaria à Doctoribns agnita, quæ apud ſuperiorem fit poſtulati: ſolemnis, vero apud ſuperiorem poſtulantium.

# DE ELECTIONE.

## SUMMÆ RERUM.

1 *Electio quid.*
2 *Dignitas Eccleſiaſtica.*
3 *Papa non major Epiſcopo.*
4 *Prior conventualis habet dignitatem.*
5 *Archidiaconus an habeat dignitatem.*
6 *Primiceriatus an dignitas.*
7 *Perſonatus.*
8 *Officium.*
9 *Electionum ſolennia.*
10 *Columba ſpiritusſancti occiſa.*
11 *Collegii conſenſus communiter præſtandus.*
12 *Eligere quis poſſit.*
13 *Electio quando per procuratorem.*
14 *Eligere qui prohibeantur.*
15 *Monialis pubes eligit.*
16 *Excommunicatus an eligat.*
17 *Suſpenſus non eligit.*
18 *Electio an ſit ordinis.*
19 *Eligendo delinquentes quando priventur.*
20 *Electio per abuſum ſecularis poteſtatis.*
21 *Eligi qui prohibeantur.*
22 *Excommunicatus non poteſt eligi.*
23 *Ignorantia electorum quando proſit electo.*
24 *Electio an fiat ſub conditione.*
25 *Chriſtus Petrum ſub conditione elegit.*
26 *Electio clandeſtina an valeat.*
27 *Electio non tantum juris, quàm collocatio, tribuit.*
28 *Major pars electioni conſentiat.*
29 *Major pars quæ dicatur.*
30 *Præſentatio à majori parte patronorum.*

### CAPUT III.

1 *Electio quid.* SED jam de electione dicendum, quæ nihil aliud eſt, quàm idoneæ perſonæ, ad dignitatem Eccleſiæ vacantem, ſolennis
2 *Dignitas Eccleſiaſtica.* evocatio. [a] Eſt autem dignitas Eccleſiaſtica, quæ jure communi Eccleſiaſticæ rei adminiſtrationem cum juriſdictione habet: [b] ut Epiſ-

[a] ca. cum in cunctis in princ. de elect. c. j. & ij de cōceſ. præb. c. Ohus §. h. lxj. diſt.
[b] honor. c. de multa. de ſtab. Archi. c. j. de conſue. in vj.

S

copatus, qui cæteris honoribus Eccleſiaſticis
eminentior eſt & ſublimior, [c] ideóque Epiſ- 3 *Epiſcoporum dignitas.*
copi dicuntur ſummi Pontifices, [d] quibus ne
Papa quidem ordine major eſt. [e] Abbas præ-
terea dignitatem habet, [f] ei enim rerum mo-
naſterii adminiſtratio commiſſa eſt, [g] con-
ceſſa etiam in Monachos juriſdictione. [h] 4 *Prior conventualis.*
ejúſque exemplo, prior conventualis, cui [i]
in abbatis modum aliquorum religioſorum
collegio prælatus eſt. [k] Cui ideo cauſæ ſe-
dis Apoſtolicæ, (quæ conſtitutis tantùm
in dignitate committuntur: [l]) delegari poſ-
ſunt. [m] Archidiaconus item dignitatem ha- 5 *Archidiaconus.*
bere dicitur, cùm teneat vicem Epiſcopi,
& habeat jure communi juriſdictionem. [n]
Quod licet immutarit conſuetudo, quia
nulla fortè in Eccleſia utatur juriſdictione Ar-
chidiaconus. Si tamen prærogativis in cho-
ro & capitulo fungatur, in dignitate nihilo-
minus dicitur eſſe. [o] Primiceriatum denique
adverſus alios, [p] dignitatem eſſe autumo. [q] 6 *Primiceriatus an ſit dignitas.*
Cum in clericos delinquentes habeat juriſ-
dictionem, [r] licet quandoque ab honore, in
quo perſonam conſtituit perſonatus, & ab
officio quod exercet, injunctóque munere,
nonnunquam officium dicatur. [ſ] Eſt autem
perſonatus, honor & præcellentia quædam in 7 *Perſonatus.*
Eccleſia, quæ canonicum aliis etiam antè re-
ceptis, tam in choro, quàm in capitulo præfert.
[t] Nam & perſona præter vulgarem ſignificatio-
nem, qualitatem in homine notat, qua alius ab
alio differt, ut alibi poſui. [u] Officium verò, eſt 8 *Officium.*
Eccleſiaſticarũ rerum adminiſtratio, ſine præ-
eminentia & juriſdictione. [x] Ut ſacriſtia, [y] quæ
omnia recipi volo, niſi diverſum habeat conſue-
tudo. [z] Sed jam ſatis huic digreſſioni datum:

c c. penul. de præb.
d c. de his de conſe. di. v.
e c. in novo. xxj. diſt.
f c. ij. de jud. c. ſi quis deinceps xvj. q. vij.
g c. edoceri. de reſcript.
h c. quan o de offi. ord.
i c. niſi eſſent. d. præb.
k Gloſ. cle. j. de ſup. negli. prælat.
l c. ſtatutum in princ. de reſcript. in vj.
m Clem. & ſi principalis eod. titul.
n c. j. eod. Læc de offic. Arch. gl. c. j. de off. leg. in vj.
o Archi. d. c. j. Arc. conſil. xxiij. in princ.
p Alex. conſil. lxxvij. volum. ij.
q c. cùm acceſſiſſent de conſt. Aret. d. conſ. xx ij.
r c. perlectis §. ad primicerium xxv. diſtin.
ſ d. c. cum acceſſiſſent.
t c. j. ubi Doct. de conſuetud.
u In l. j. ff. de ſtat. homin.
x d. c. j.
y c. j. de offic. ſacriſt. c. ſalvator j. q. iij.
z c. cum olim de conſue. c. conſuetudo xij. diſt. Aret. d. conſ. xxij.

redeamus ad electionem. Solenniter in Epiſ-
9 copatibus, Abbatiis, & aliis prælaturis,
quæ mortuo paſtore viduatæ dicuntur, tripli-
ci via fieri poteſt electio, per ſcrutinium vi-
delicet, compromiſſum & inſpirationem. [a]
Inſpirationiſque via dupliciter. [b] Per inſpira-
tionem veram quæ fit Deo optimo maximo
miraculosè revelante, [c] & quaſi inſpiratio-
nem, cum electores, nullo tractatu præce-
dente, omnes uno ore in unum conſentiunt. [d]
*Columba ſpiritus ſancti occiſa.* Sed neutrum hodie in uſu eſſe argumento eſt,
quòd columba quæ ſpiritum ſanctum afferre
ſolebat, à Corvo jamdiu, ut Canoniſtæ di-
cunt, enecata ſit. [e] Quæ formæ ab aliis copio-
ſiſſimè tractantur. [f] In electionibus verò infe-
riorum dignitatum, hoc tantum eſt ſolenne,
10 ut ſingulorum conſenſus, in communi, id eſt,
collegialiter præſtetur. [g] Nam & in quibuſ-
*Conſenſus collegialiter præſtandus.* cunque actibus collegii, & univerſitatis per-
petuum eſt, ut ſingulos ſeparatim conſentire
non ſatis ſit: ſed convocati communiter con-
ſenſum præſtare debeant. [h] Quod alibi ſcrip-
11 tores copiosè tractant. [i] Eligere poteſt qui eſt
12 de collegio Eccleſiæ vacantis, [k] nec per ſe
*Eligere quis poſſit.* tantùm, ſed etiam per alium: ſi vel præſens
ægrotet vel abſens juſto impedimento deti-
13 neatur, [l] & procuratorem ſacris initiatum,
*Procurator à quo rectè conſtituatur.* [m] eundémque collegam [n] conſtituat. Alio-
qui electionis negotium, cum in eo delecta
cenſeatur perſonæ induſtria, [o] per procurato-
rem explicari non poteſt, [p] tametſi in cæteris
14 univerſitatis negotiis, procurator etiam à non
*Eligere qui prohibeantur.* impeditis rectè conſtituatur. [q] Eligere non-
nulli prohibentur, & imprimis impuberes, [r]
eùm judicio cereant, & diſcretione. [ſ] Hodié-
que puberes, niſi duodevigeſimum annum at-

a c. quia propter de election.
b Gloſ c. ſicut §. & cum humanæ de elect. in pragm.
c c. ſtatuimus § fin. lxj. diſtinct.
d d. c. quia propter.
e Hoſtien. c. qualiter de elect. Gloſſ. d. §. & cum humanæ.
f Specul. tit. de ele Pator. d. c quia propter.
g cap. in Geneſi. § j de e [illegible] cap. ſicut eodem. in vj.
h l. ij de decur. lib. x gl. c. cum omnes de conſt.
i Bart. l. omnes populi ff. de iuſtit. & iur. gloſ. d. §. & cum humanæ. doct. d. c. cum omnes.
k c. à nobis de iur pat. c. fin. xvj. q. vij.
l d. c. quia propter §. illud & c. pen de elect. in vj.
m Clement. ut hi qui de ætat. & qualit.
n d. cap. quia propter § illud.
o c. is cui de offic. leg. in vj.
p d. §. illud.
q c conſtitutus ubi doct. de app Pan. d. §. illud.
r c ex eo. de elect. in vj.
ſ l. cum prætor §. pen. ff. de jud §. præterea quib non eſt permiſſ.

tingerint, cùm antè non poſſint ſacris or-
dinibus initiari. [t] Et non exiſtens in ſacris ne-
queat ferre ſuffragium, [u] niſi ſuaptè natura ſit
ordinum incapax. Ut monialis, [x] quæ ſimu-
latque duodecimum annum nacta eſt, in elec- 15 *Monialis puella fert ſuffragiũ.*
tione vocem habet.[y] Irregulares [z] prætereà in-
terdicti, [a] excommunicati, [b] (majori tamen
excommunicatione, [c] minori namque cenſu-
ra ligati, ſacramentorum tantum participa- 16 *Excommunicati quando electione arceantur.*
tione removentur, [d] non eligendi facultate,
aut his quæ ſunt juriſdictionis. [e]) Suſpenſi
quoque, nec conferre beneficia [f] nec eligere,
[g] poſſunt, niſi à beneficio tantum, aut mino-
ri eſſent ſuſpenſione [i] ſuſpenſi. Quod inter- 17 *Suſpenſus non eligit.*
pretes [k] alibi copioſiſſimè diſputant. Nec præ-
dictis obſtat quod juriſdictionis magis quàm
ordinis, electio videatur. [l] Et quæ ſunt or-
dinis tantummodo tollat ſuſpenſio. [m] Nam
propriè juriſdictionis non eſt electio, [n] cùm 18 *Electio an ſit ordinũ.*
canonicis competat, [o] qui jure communi ju-
riſdictionem non habent: [p] ſed officii dici de-
bet. [q] A quo ſuſpenſus, jure etiam eligendi
ſuſpenſus ideo cenſetur. [r] Qui poſtremò in 19 *Electione privantur delinquentes.*
electione deliquerunt, eligere impediuntur.
Sed non uno modo, nam quandoque una vi-
ce tantum, ut qui intra trimeſtre, in Eccle-
ſia Cathedrali, vel regulari, non elegerunt.
[s] Aut elegerunt, ſed indignum ſcienter, [t] vel
contra præſcriptas electionum formas: [u] non- 20 *Electio per abuſum ſecularis.*
nunquam ad tempus puta trium annorum ſi
per abuſum ſecularis poteſtatis, electio facta
ſit, [x] convocatis puta per electores perſonis
laicis; [y] aut in laicorum voluntatem electio-
ne collata. [z] Nec me clam eſt, eo quoque
caſu per poteſtatis ſecularis abuſum, fieri
electionem, quo per vim, & impreſſionem

t Cle. pe. & fin de æta. & qualit.
u d. Clem. ut hi qui.
x c. nova. de pœnit. gl. c. diaconiſſam. xxvij. quæſt. j.
y c. indemnitatibus de elect. in vj.
z c. is qui §. fin. de ſent. excom. in vj.
a c. j. de poſtul. præl. c cum inter R. de elect.
b c. poſtulaſtis. de cler. excom. c. venerabilem. de elect.
c c. illa de electio.
d c. ij. de except.
e c. fin. cler. excom.
f c. quia diverſitatem. de conceſ. præb.
g c. cum dilectus. §. quia vero. de conſue. d. c. cum inter R.
h c. cum Vintonenſis jũcto. c. cum in cunctis. §. fin. de elect.
i c. fin. de cler. excom.
k Gloſſ Cle. fin. de pœ. Panor. d. c. cum dilectus. Felyn. c. apoſtolicæ. de excep.
l Gloſ. c. tranſmiſſam. de elect.
m. Gl. Pan. d. c. cum. dilectus.
n d. c. fi. de cler. excom.
o c. fin. xvj. q. vij.
p c. cum contingat. de for. compet.
q Hoſt. in ſumma. de elect.
r c. cum Paulus. j. q. j.
s c. ne pro defectu. de elect.
t d. c. cum in cunctis. §. fin. & d. c. cum vintonienſis.
v c. quia propter. § qui verò de elect.
x cap. quiſquis. de electión.
y c. quoniã. j. xvj. q. vij.
z cap. cum terra. & cap. Maſſana. de elect.

Principis ſecularis, canonici coacti elegiſſent.
[a] At tunc, ulla pœna electores afficiendi non
21 ſunt. [b] Eligi vero prohibentur, qui aliqua in-
famiæ nota conſperſi, [c] aut notabili corporis
macula, vitiati ſunt, [d] ſicuti & indocti, aut
qui natalium, ætatiſve defectum patiuntur. [e]
Quæ omnia in ſuperiore hujus operis parte
22 accurratè tractata fuerunt. Suſpenſi [f] præterea,
interdicti, [g] irregulares, [h] & excommunica-
ti, tam majori, quàm minori excommunica-
tione, & quamvis ut doctores exiſtimant, eli-
gentes hoc ignorent inutiliter eliguntur. [i] Ne-
que enim poteſt electorum ignorantia, inca-
pacem, idoneum facere. [k] Quod in ligato
minori excommunicatione, veluti Gregorii
verbis [l] repugnans, rejiciendum cenſeo, nec
me moverit, quòd reſpectu natalium, non
23 proſit electo ignorantia hujuſmodi. [m] Hic
enim defectus multò gravior eſt, (cum ſu-
per eo, in curatis beneficiis & quibuſcum-
que dignitatibus, Papa ſolus diſpenſet. [n])
quàm minor cenſura quæ per Epiſcopum vel
proprium ſacerdotem tolli poteſt, [o] his quoque
caſibus irrita fit electio, quibus non conſtare
collationem diximus. Quamvis in duobus
doctores, non parum diſcriminis conſtituant,
nam ſub conditione, quæ tacitè ineſt, [p] & clan-
culum [q] factam collationem, licet mero jure
valere dictum ſit: tamen electiones ita cele-
bratas, nullius putant eſſe momenti. [r] Ego
24 verò nec his caſibus, differentiam conſtituen-
dam arbitror, verius in primis exiſtimans
factam ſub conditione, ſi vacat, aut ſimili
electionem non vitiari. [ſ] Sicuti nec collatio-
nem, [t] admonitio enim quædam non condi-
tio, hac adjectione continetur. [u] Nec ſolent

*Eligi qui prohibeantur.*

*Suſpenſus non eligitur.*

*Electorum ignorantia quando proſit electo.*

*Electio facta ſub conditione an valeat.*

a c. nullus. lxiij. diſtin. Innoc. d. c. quiſquis
b d. c. cũ Vintonien. de elect. glo. d. c. quiſquis.
c c. laici. xxxiij. diſt. d. c. cum in cunctis.
d c. ij. c. tua de cle. ægr. c. fine etenim. xlix. diſtinct. cap. cum inter canonicos. de elect.
e c. cum in cunctis. de elect.
f c. cum dilectus. §. quia vero de conſuet. c. cum inter R. de elect.
g c. j. de poſtu. prælat.
h c. is qui. §. fin de ſent. excom. in fin.
i c. venerabilé de elect. c. fin. cum gloſ. de cler. excomm.
k c. innotuit de elect.
l d. c. fin. de cler. excom.
m d. c. innotuit.
n c. unic. de fil. presby. in vj. Panor. c. ſi. c. tit.
o c. nuper de ſen. excom.
p gl. c. ij. de elec. in vj
q. c. un. ut eccl. beneſi.
r c. quia propter §. ſi. de elect. d. c. ij. & utrobique doct.
ſ c. ſignificaſti de elec.
t Glo. d. c. ij.
u l. muto; §. j. ff. de tute.

ideo conditiones ejuſmodi actum ſuſpendere.
[x] Qua ratione idem dici, nec improbabiliter
poteſt: in aliis quibuſcumque conditionibus,
quæ ad præſens, aut præteritum tempus refe-
runtur, [y] ut eligo ſi poſſum, eligo Titium ſi 25
vivit, aut ſi legitimè natus eſt. Nam & Chriſ-
tus cùm ovium curam Petro committeret,
non diſſimili conditione uſus eſt, dicens, ſi
diligis me, paſce oves meas. [z] Licet alii ge-
neraliter doceant, electioni nec quidem dic-
tionem adjici poſſe, quæ conditionem ſignet.
[a] Quorum ſententiam haud dubiè probaverim
in conditionibus de futuro, [b] quamvis tacitè
inſint. Veluti. Eligo Titium, ſi major pars
canonicorum conſenſentiet, aut ſi electus in-
tra tempus juris, ſe fecerit conſecrari. [c] Quod 26
autem ad clandeſtinam electionem pertinet
nec illis, [d] aſſentior, qui eam ipſo jure nul-
lam abſolutè docent: tametſi Innocen. Papæ
reſponſo fulciri videantur. [e] Quod clancula-
rias electiones improbans, eas ipſo jure nul-
las reddere intelligitur. [f] Nam cum collatio
quæ plenum jus tribuit, vimque electionis &
confirmationis habet, clandeſtinate mero jure
non corruat. [g] Minus multo electio: [h] qua non
tantum juris præſtatur. [i] Nec eos juverit In- 27
nocentii conſtitutio, [k] quæ ut nonnulli [l] rectè
interpretati ſunt, in electione Eccleſiæ vidua-
tæ cathedralis, puta, aut regularis collegiatæ,
cui hæc forma data eſt, dumtaxat loquitur.
Non etiam in aliis quæ præſcriptam formam
non habent. Et in quibus ſolus canonicorum
conſenſus, collegialiter, [m] & uno contextu,
[n] teſtamenti exemplo, [o] præſtitus ſufficit. Si 28
tamen major, & ſanior pars capituli, conſen-
ſerit. [p] In his enim quæ ad plures ut univerſos.

x l. iij. ff. de leg. j. l. aliquando ff. de condi. & demonſt.

y l. cum ad præſens ff. de reb. cred.

z Ioan. ult. d. c. ſignificaſti.

a Archi. & alii d. c. ii.

b d. l. cum ad præſens.

c Io. Mona. d. c. ij.

d gl. & doc. c. quia propter §. ſi de elect. & in d. c. un. ut eccl. benefi.

e d. c. quia propter §. ſi.

f l. non dubium C. de legib. c. quæ contra de reg. jur. in vj.

g d. c. un. ut eccl. benefi.

h Panor. d. c. quia propter §. ſi.

i c. ſi de tranſla. epiſc.

k d. c. quia propter §. ſi.

l Panor. d. c. un. & d. §. fina.

m c. in Geneſi de elec. c. ſicut & utrobique gl. & doc. eo tit. in vj.

n Boniſ. vital. cle. ne Romani §. porro, de elect.

o l. hæredes palam. §. ſi. ff de teſta.

p c. licet in fin. c. coram c. quia propter c. Cumana & c. congregato de elect.

*Chriſtus ſub conditione Petro curam commiſit.*

*Clandeſtina electio.*

*Collatio plus juris quã electio tribuit.*

*Majoris partis voluntas ſpectatur.*

pertinent, attenditur factum majoris [q] partis, & ſanioris. [r] Majorem autem partem intelligo, reſpectu totius univerſitatis, & capituli, non partium comparatione minorum. [ſ] Cum enim
29 univerſitas ſit imaginarium quoddam corpus, per ſingulares collegii perſonas repreſentatum. [t] Major pars univerſitatis tunc dumtaxat face-
30 re dicitur, cum totius corporis major pars conſentit. [u] Nec obſtat, quòd efficax ſit facta à majori parte patronorum præſentatio, licet major pars omnium non concurrat: hoc enim ideo, quia patroni ut ſinguli preſentant. Secus igitur, ubi ab aliis, tanquam à collegio fieret præſentatio. [y] Et hæc ſunt electionum vitia, quæ animadverſione digna mihi viſa ſunt. Cætera verò quæ ab aliis, [z] copioſiſſimè alibi tractantur hîc infercire ſupervacaneum duxi: quòd præſertim intelligam, novella hujus regni lege, [a] electionibus prorſus abrogatum eſſe.

*Major pars quæ.*

*Patronorum major pars præſentat.*

q l. quod major. ff. ad Munici. glo. c. j de reb. eccle. non alie. in vj c j. de iis quæ fi à majo.
r c. Eccleſia veſtra de elec c. ſi cui. eod. titu. in vj.
ſ l. mortuo. ff de fidejuſſo.
t Pan. d. c. Eccleſia.
u ca. quoniam de jure patro.
y d. c. Eccleſia Panor. Ioan. and & Panor. d. c quoniam.
z Roffic in tit. de cau. propt. quæ vitia elect. Rebuf. in §. fi. de reg. ad præla. no. fac. in concor.
a c. un. de elect. derog. in concord.

## SOLIER.

2

*Vt Epi copatus.* Epiſcopatus non dicitur dignitas, ſed culmen dignitatum, cap. venerabilis & cap. cum olim de præb. gloſſ. in cap. 2. in verb. dignitatum, eod. tit. in 6. ſicut & abbatia dicitur culmen dignitatum regularium; abbas enim dicitur conſtitutus in primo gradu dignitatis, Epiſcopali non inferioris Lapus allegat. 84. n. 11. Francus in cap. 2. de præb. in 6. Gomeſ. ad regul. de annali q. 21. n 4. & in juriſdictione abbatia & Epiſcopatus æquiparantur, cap ne pro defectu §. ſtatuimus, ubi gloſſ. in verb. regularis, caputque omnium Eccleſiarum regularium dicitur, & omnium monaſteriorum poteſtas ab ea dependere, cap. nullam poteſtatem 18.

q. 2. cap. cum ad monaſterium, de ſtatu monachor.

5 *Archidiaconus item dignitatem habere dicitur.* Archidiaconatus & Archipresbyteratus impropriè apellantur hodie dignitates; ſunt enim referendi inter perſonatus cum nuda & ſimplici præeminentia: quia Epiſcopi omnem illorum juriſdictionem præſcripſerunt, Lotter. de re benefic. lib. 1. q. 16. n. 108 & 109. tamen cum de præcedentia agitur, conſideratur etiam ſolus habitus, ideoque Archidiaconatus de jure communi cenſetur prima poſt pontificalem dignitas, Boer. deciſ. 286. n. 5. & cum Archidiaconus initiatus eſt ſacro presbyteratus ordine, nihil eſt quin etiam in divinis & celebratione Miſſæ ſi vult ipſe celebrare, Archipresbytero præferatur, Lotter. ibid. à n. 112. dicitur oculus Epiſcopi, & major eſt poſt Epiſcopum, cap. ad hæc §. Archidiaconus, & §. item Epiſtola de offic. Archid. & debet eſſe magiſter in Theologia, aut doctor, vel licentiatus in jure canonico, Conc. Trid. ſeſſ. 24. cap. 12. de reform. & ordinatione Regia de anno 1606. art. 31. Bengeus & Pinſon. de benef. pag. 32. n. 10.

13 *Procuratorem ſacris initiatum eundemque collegam conſtituat.* Adde & conſtituens in tali loco ſit electionis tempore, unde abſentes pro electionibus ſunt vocandi, cap. quia propter §. illud de elect. nec ſufficeret impedimentum tempore conſtitutionis ſi non ſubeſſet tempore electionis, Innoc. & hoſtien. in cap. quia propter. §. illud, de elect. mandagot. in practica electionum, p. 1. cap. 10. à quo autem loco ſint citandi abſentes? varii varia, ſed tutior pars eſt ſervare conſuetudinem

Eccleſiæ

Eccleſiæ cap. in Geneſi de elect. & ibi dd. ubi dicitur quod de conſuetudine Franciæ vocantur abſentes de toto Regno, ſi autem non conſtet de conſuetudine, ultra duas dietas remoti non ſunt vocandi, ſecundum Innoc. in d. §. illud hoſtien. verò vult quod ubicumque ſint abſentes ſemper ſint vocandi dummodo id poſſit fieri commodè ac ſine periculo in cap. quod ſicut §. ſi autem, & in d. cap. quia propter in verb. commodè quod arbitrio judicis remittitur, hoſtien. in ſumma tit. de elect. §. qualiter verſicul. quidquid dicant, nec eſt habenda ratio an quis ſit in provincia, vel extrà per ea quæ deducit Petrus de Biaxio in tract. de elect. p. 3. cap. 8.

14 *Niſi duodevigeſimum annum attigerint cum ante non poſſint ſacris ordinibus initiari.* Hodie ex Concilio Trid. ſeſſ. 23. cap. 12. & conſtitutione Bleſenſi art. 19. annus vigeſimus ſecundus inceptus ad ſubdiaconatum deſideratur, & in conſequens vocem in capitulo prius habere non poteſt, Clem. ut hi qui de ætate & qualit. ætas quoque monialium ad profeſſionem emittendam neceſſaria immutata à Concilio Trid. ſeſſ. 25. cap. 15. de regular. cui conſonat conſtitutio prædicta art. 28. ubi ſtatuitur quod in quacumque religione tam virorum quam mulierum profeſſio non fiat ante decimum ſextum annum expletum: cum autem non niſi profeſſa ad eligendum abbatiſſam aut prioriſſam cum aliis admittatur cap. indemnitatibus in princ. de elect. in 6. non poterit ante 16 ætatis annum expletum in electione ſuffragium ferre.

24 *Factam ſub conditione ſi vacat aut ſimili electionem non vitiari.* Pace auctoris dixerim

non eſt à communi ſententia recedendum lege & ratione ſuffulta, improbatur enim quævis conditio in electione, cap. 2. de elect. in 6. quamvis admittatur in collatione ubi de jure ineſt, gloſſ. & dd. ibid. in verbo incerta, quia inquit Molin. ad regulam de public. reſignat. n. 180. in electionibus ob decretum futurum facilius interponendum requiritur major ſimplicitas & rotunditas: ſed præcipuè propter incertitudinem, nam licet conditio de præſenti vel de præterito non ſit propriè conditio ex quo actum non ſuſpendit l. itaque ff. ſi certum petatur, l. conditio, ff. de condit. inſtituen. §. conditiones inſtit. de verb. obligat. factum tamen conditionis eſt incertum, aut tale cantatur in electione: neceſſaria igitur erit cognitio an ſit ita & ſic habet incertitudinem quæ viciat electionem, prius ergo inquirant & poſtea eligant, Archid. Geminian. & Franc. in d. cap. 2. de elect. in 6.

# DE NOMINATIONE.

## SUMMÆ RERUM.

1 *Nominatio, in quo differat à poſtulatione.*
2 *Nominatio, quando jus tribuat.*
3 *Rex Galliæ, ad prælaturas nominat.*
4 *Epiſcopus, cujus ætatis eſſe debeat.*
5 *Nominandus à rege, debet habere gradum.*
6 *Mendicantes, poſſunt nominari.*
7 *Nominatio, ad vacatura.*
8 *Nominatio quid.*
9 *Nominationes ſunt gratiæ.*
10 *Nominatio, an tribuat jus ad rem.*
11 *Gratia ante vacationem, conditionalis.*
12 *Ius ad rem, affectivum.*
13 *Nominatus, an vicarium requirat.*
14 *Vicarii recuſatio, non devolvit.*
15 *Nominatus, intra quod tempus petat beneficium.*
16 *Devolutio fit cum onere.*
17 *Negligens, an beneficium acceptet.*
18 *Tempus nominatis, & graduatis, datum.*
19 *Theologalis præbenda, cui debita.*
20 *Villa murata quæ.*
21 *Parrochialis Eccleſia.*
22 *Baptiſmalis Eccleſia.*
23 *Mandatarius omnibus præfertur.*
24 *Beneficia comprehenſa mandatis.*
25 *Specialia duo, an concurrant.*
26 *Conferre dicitur qui per alium confert.*
27 *Nominare qui poſſint.*
28 *Vniverſitas, cur nominet.*
29 *Vniverſitates, quæ nominant.*
30 *Vniverſitas nova, an nominet.*
31 *Facultas, non nominat.*
32 *Vniverſitas ordinaria poteſtate utitur.*
33 *Nominationibus, qui graventur.*
34 *Cardinalium indultum.*
35 *Capitulum, nominatione gravatur.*
36 *Clauſula, communiter, vel diviſim.*
37 *Capitulo non fit nominationis inſinuatio.*
38 *Collatio facta nominato, an neceſſaria.*
39 *Vniverſitas, an nominationem revocet.*
40 *Nominari qui poſſint.*
41 *Tempus legitimum ſtudii.*

42 *Atteſtationum, & nominationum neceſſaria.*
43 *Nobilium prærogativa.*
44 *Matricula an neceſſaria.*
45 *Valor beneficii an in nominat. exprimendus.*
46 *Penſio, an exprimi debeat.*
47 *Beneficia, in nominationibus exprimenda.*
48 *Beneficium, non poſſeſſum, an debeat exprimi.*
49 *Spoliatio, non aufert titulum.*
50 *Beneficium, non pacificum.*
51 *Recredentiam habens, non poſſidet.*
52 *Valor beneficii, exprimendus.*
53 *Annata quid.*
54 *Galli non exprimunt verum valorem.*
55 *Burſales conſtitutiones Galli rejiciunt.*
56 *Qualitas beneficii, an exprimenda.*
57 *Qualitates jure communi inhærentes.*
58 *Qualitates beneficiorum exprimendæ.*
59 *Correctio, quando vitanda.*
60 *Inſinuatio nominata, quomodo fiat.*
61 *Literæ duplicatæ.*
62 *Gratificationi, quando locus.*
63 *Papa cum quocumque concurrit.*
64 *Collatio prior, an poſteriorem impediat.*
65 *Devolutio, annullat collationem.*
66 *Nominatio, ad quæ beneficia trahatur.*
67 *Mandatario, beneficium reſignatum debetur.*

## Caput IV.

POTEST per nominatio- 1
nem quoque, electivo benefi- *Nominatio in quo à poſtulatione differat.*
cio provideri, [a] quæ à poſtu-
latione, hoc tantùm nomine
differt, quòd de uno poſtula-
tio, de pluribus nominatio fiat,
[b] ideoque ſuperiori præſentata, ad inſtar poſ-
tulationis [c] efficit, ne poſſint variare nominan-
tes. [d] Et à ſuperiore comprobata, abſque 2
alia confirmatione, plenum jus nominato *Nominatio quando jus tribuat.*
tribuit. [e] Neque obſtat quod alibi dicitur no-
minatione nihil juris quæri. [f] Idem enim ob-
tinet in nominatione, quæ fit per modum

a c. bonæ j. in fi. de poſtu. prælа.
b Hoſt. & Panor. d. c. bonæ.
c c. bonæ ij. ad fi. de poſtu. præla.
d Gof. & Hoſt. in ſum.
e d. c. bonæ ij. §. fi. gl. c. fin. de elec. in vj.
f c. quod ſicut in prin. de elect.

tractatus ab electoribus, [g] cùm nec quidem
in ſcrutinio facta, jus conferat nominato, [h]
niſi poſt ſcrutinii publicationem, [i] quo caſu
magis electio dici debet: [k] hodie verò in
Gallia ceſſant electio, poſtulatio, & col-
3 legii nominatio. Solus namque princeps
noſter, ad prælaturas nominare poteſt, [l] non
quidem quoſcumque pro captu ſuo, ſed tanto
munere dignos: [m] ætate videlicet doctrina,
gradu, & moribus idoneos. [n] Ætate, ut xxvij.
4 annum attigerint. [o] Licet olim non poſſet
Epiſcopus eligi, niſi qui xxx. annum excegiſ-
ſet. [p] Doctrina & gradu, nec enim ſatis eſt
nominandum à Rege, peritum eſſe, niſi in-
5 ſulis quoque, vel licentiæ, vel docturæ, in
altero jurium inſignitus ſit, aut magiſterio in
Theologia ornatus. [q] Præterquàm in regis
conſanguineis, ac ſublimibus perſonis. [r] At-
6 que etiam in Franciſcanis, quos obſervantes
vocat, cæteriſque mendicantibus, qui ex re-
gulæ inſtituto, ſimilibus titulis nequeunt de-
corari. [ſ] Sanè præter has nominationes, de
quibus hactenus dictum eſt, & quæ ad va-
7 cantia beneficia referuntur, [t] eſt & alia quæ-
dam nominatio vacatura reſpiciens, ut quæ
à celebri aliqua Gallorum Academia proce-
dit, in alumnorum ſuorum gratiam. [u] Hac
enim ratione, & ut majore præmiorum ſpe,
ad ſtudia accenderentur homines, [x] univerſi
tatéſque regni honeſtiſſimè foverentur, hoc
nominationum genus, Eccleſia Gallicana re-
8 cepit. [y] Poteſt autem ſic non malè nominatio
finiri. Ut ſit gratioſa quædam conceſſio fa-
cultatis petendi, & acceptandi beneficium,
præfinito tempore vacans, ab univerſitate
Galliæ celebri, Gallo ſuæ diſciplinæ alum-

*Rex Gallia ad prælaturas nominat.*

*Epiſcopi ætas hodie.*

*Mendicantium nominatio.*

*Nominatio quæ ſit ad vacatura.*

*Nominatio quid.*

g Gl. c quāto. lxiij. diſ.
h c. perpetuò de elect. in vj. ca. ſi tibi abſenti de præb. co. lib.
i c. publicato de elect. c. contra xvj. q. vij.
k c. cum olim de re ju. glo. §. volens de collat in prag.
l §. j. de reg ad prælat. no. fac in concord.
m cap. qui Epiſcopus xxiij. diſtin.
n c. cùm in cunctis de elect. & d. §. j.
o c. un. de poſtul. præl. in extra co. & d. n. j.
p d. c. cùm in cunctis c. presbyt. lxxviij diſt.
q c. convenientibus §. item Conſtantinus j qo. vij. & d. §. 1.
r ca. de multa in ſi. de præb. & d. §. j.
ſ d. §. j. verſi. conſanguineis, & ubique plenè Rebuff.
t Glo §. volens de col' in prag.
u §. inſuper cum ſequen. co titu.
x l. quicquid C. de advoca. diverſ. jud.
y §. item placuit de colla. in prag.

no, legitimè facta. Quæ finitio, quia totam hanc quæſtionem continet, accuratè nobis eſt exponenda. Dico imprimis, gratioſa conceſſio: ſunt enim nominationes gratiæ, [z] cum à mera univerſitatis pendeant voluntate. [a] Ad quarum ideo conceſſionem, academiæ cogi non poſſunt. [b] Licet non jure faciant, doctis, & bene meritis graduatis, eas denegantes. [c] Gratiæ autem verbo, quæcumque gratioſa conceſſio continetur, ſive à Romano pontifice, ſive ab alio procedente, [d] hinc putant recentiores, [e] per nominationem legitimè inſinuatam, jus ſaltem ad rem quæri nominato, cùm non tantùm præſentatio, [f] reſervatio, [g] & privilegium, [h] tale jus tribuant: Sed etiam quæcunque gratia expectiva. [i] Et quoniam decreti irritantis clauſula: qua beneficium affici conſtat, [k] nominationes adjuvantur. [l] Ubi autem affectum eſt beneficium, jus ad rem acquiritur: [m] veteres tamen aliter cenſuerunt, [n] per nominationem ſcilicet nec quidem jus ad rem, nominato quæri. Quorum ſententia, juſtior mihi videtur, ante vacationem beneficii, cùm eo tempore gratia conditionalis fit. [o] Cujus effectus, cùm omnino pendeat ex futuro eventu, [p] non eſt conſiderabilis. [q] Ut eorum [r] ſententiam merito probem, qui volunt literas gratiæ, aut mandatum de providendo, non tribuere jus ad rem, ſed jus tantum implorandi officium ſuperioris, ut vacante beneficio, diffinito (à lege) tempore, nominato mandatariove, provideat: niſi poſt receptionem, ſeu collationem Canoniæ. [ſ] Quod & ad quemcunque titulum, habilem de futuro, noviſſimi nec injuria extendunt. [t] Nec urget deſumpta ex præſentatione argu-

9 *Nominationes sũt gratiæ.*

*Gratiæ.*

10 *Ius ad rem an quæratur nominatione*

11 *Gratia conditionalis ante vacationem.*

z §. volens. de colla. in prag. glo. §. item quod ad dictas eo. tit.
a §. præfati eodem titu. in concord.
b c. pen. de poſtu. præla. c. præcariæ x. q. ij.
c Gloſſ. d. §. item quod ad dictas.
d Glo. cle. gratiæ de reſ.
e Rebuff. tracta. nomi. q. iiij.
f c. dilectus de off. leg.
g c. ſi. de conceſ. præben. in vj.
h c. dudum verſicu. nos igitur de præb. eo. lib.
i c. un. de offi. deleg. extra eo. gloſ. c. quamvis de reſcrip. in vj.
k c. tibi qui de reſcri. in vj. c. j. & c. ſi ſoli de conceſ. præb. eo. lib.
l §. ſi quis verò de colla. in concord.
m capit. ſi poſtquam de præb. in vj.
n Gl. §. volens & §. quid ſi quis de coll. in prag.
o Ægid. Bella deciſi. ccclviij.
p l. cedere ff. de verb. ſigniſi.
q l. ſi ita ſcriptum §. 1. ff. de leg. ij. l. poſt emancipationem ff. de lib. le.
r Gl. c. veniẽs de renun.
ſ d. cap. ſi poſtquam. de præben. in vj. & d. c. ſi.
t Gomeſ. in reg. de non toll. jus quæſitum.

mentatio, cum enim fiat, ad certum, & vacans beneficium, præſentatio: jus ad rem merito confert. [u] At nominatio ad incerta & vacatura beneficia dirigitur, ut meritò diverſum dici debeat, tum propter incertitudinem, [x] tum ne contingat, duos in eadem Eccleſia, uno tempore jus habere, [y] in locumque titularii viventis, alterum irrepere. [z] Data verò vacatione beneficii, jus ad rem per gratiam, atque adeò per nominationem acquiri puto,
12 [a] ſequuta præſertim acceptatione, propter probabilem ſpem de præſenti. [b] Et non tantum jus ad rem ſimplex, ſed & affectivum, ut vocant, hoc eſt, manus ordinarii ligans, ſi vel decreti clauſula interveniat, vel receptio in canonicum, vel inhibitio executoris. [c] Ut in propoſito, cum collationes beneficiorum, factas aliis quàm nominatis volentibus, & proſequentibus, ipſo jure nullas, novella lex de-
13 cernat. [d] Petendi & acceptandi ab ordinario collatore, non etiam ab ejus vicario, [e] cùm enim is non poſſit ſine ſpeciali mandato conferre beneficia, [f] fruſtra ab eo peteretur collatio beneficii. [g] Unde nec ejus refutatio, po-
14 teſtatem ad ſuperiorem devolveret, [h] cùm ibi nulla mora fieri intelligatur, ubi nulla petitio eſt. [i] Idemque cenſendum, ſi vicarius ex mandato Epiſcopi conferendi beneficia poteſtatem haberet, & epiſ. præſens eſſet, [k] Cum Epiſcopo præſente ceſſet, & quieſcat, vicarii poteſtas. Porrò autem, licet expectanti apoſtolico, cum clauſula acceptandi menſis
15 ad acceptandum præfinitus ſit: [l] nullum tamen nominato præſcriptum tempus legimus, ad petendum beneficium, quod ideo jus dicentis arbitrio relictum intelligi debet. [m] Ar-

*Jus ad rem affectivũ.*

*Vicarius an à nominato requiratur.*

*Vicarii recuſatio non devolvit.*

*Tempus datum nominato.*

u d. c. dilectus de off. leg.
x Pan. ca. ſi ſacerdos in fi. de offi. ord.
y l. ſi ut certo §. ſi duobus ff. commod.
z c. j. ij. & iij. de conceſ. præbend. c. audivimus iij. q. ij.
a Cle. auditor de reſc. gl. c. quamvis eo tit. in vj.
b l. inde Neratius §. idem Iul. ff ad l. aquil. Bar. d. l. poſt emancip. § j.
c c. ſi capitulo & c. ſi ſoli de conceſ. præben. in vj. Imol. c. dilectus ij. colum. vj. de preb.
d §. ſi quis vero & § ſi. de colla. in concord.
e Glo. §. item voluit eo. tit.
f c. ſi de offi. vica. in vj.
g c. quod autem de jur. patro.
h Glo. d. §. item voluit.
i l. lecta ff. de reb. cre.
l ſi pupillus ff. de ver. obliga.
k Rebuf. trac. no. q. 17.
l Cle. un. de conceſ. præben.
m l. j. ff. de jur. delib

c. ſi clericus de præben. in vj.
n c. ij. de con. de præb.
o c. licet. de ſup. negli. prælat.
p c. un. de jur. pa. in vi.
q c. fi. de elect. c. quia diverſitatem de conceſ. præb.
r Gl. §. item quod omnia de coll. in prag.
s d. c. ij. de con. præb.
t Gl. §. nē circa de colla. in prag. Imol cle. ſi de bene. de præb.
v Cle. un. de ſup. neg. prælāt.
x §. quod ſi quis vij. de colla. prag. §. ſi quis verò eo tit. in concord.
y Gloſſ d. §. item quod omnia.
z c. ſi. tibi abſenti de præb. in vj. gl. c. ſi clericus eo tit.
a l. mancipiorum. ff. de opt. leg.
b Gloſ. d. §. item quod omnia.
c §. præfati. de colla. in concord.
d d. §. j de regu. facul. j. menſ. in concor. d. n. præfati.
e G. d §. item placuit de colla. in prag.
f c. quia nonnullis. §. ſanè & c. fin. de magi. c. oportet. & c. licet ergo. viij. q. j.
g cap. j. & §. præfati. j. ubi gl. de col. in cōcor.

bitrari tamen ita judicem oportebit, ut ſemeſtre ad conferendum ordinariis, tam jure proprio, [n] quàm devoluto, [o] aut ad præſentandum patronis clericis [p] datum, nominatus, citra juſtum impedimentum [q] non prætergrediatur. [r] Habet enim ſuam vim Lateranenſis concilii decretum, [s] etiam in negligente petere beneficium. [t] Unde licet ceſſante nominati negligentia, ſuperior, (ad quem beneficia cum prima qualitate devolvuntur:) [u] facta devolutione, ſicut inferior, nominato conferre teneatur. [x] Si tamen negligens fuit nominatus, non poterit à ſuperiore, nominatione non gravato, petere beneficium, necdum etiam alteri collatum. [y] Nam quod dicitur, eum qui neglexit petere beneficium, illud quandiu alteri collatum non eſt, nihilominus acceptare poſſe. [z] Tunc duntaxat obtinet, cum omnia in integro ſunt. [a] Quia nec ab ordinario conferendi poteſtas abdicata eſt, nec beneficium alteri collatum. [b] *Beneficium præfinito tempore vacans.* Non ſatis eſt vacare beneficium, ut illud nominatus petere poſſit: niſi illud diffinito à novella lege tempore vacet, [c] tempus autem in nominatis graduatis, eſt menſium Januarii, & Julii. In graduatis verò ſimplicibus, Aprilis & Octobris, [d] illis providentiſſimè dicatum, ut omnis prætextus, & occaſio litium, præſcinderetur, quæ anteà ob incertitudinem tertiæ partis, ex concilio Baſilienſi decretæ, oriebantur, ortæque in immenſum creſcebant, [e] Præbenda porro Theologalis, hoc eſt Theologo idoneo in Eccleſia Cathedrali debita, [f] quocunque tempore vacet, Theologo debetur, [g] idémque in Eccleſia parochiali, ſita in

16 *Devolutio fit cum onere.*
17 *negligēs an beneficium poſſit acceptare.*
18 *Tempus graduatis & nominatis preſcriptū.*
19 *Theologalis prebenda.*

20 in civitate, aut villa murata.[h] Hoc eſt (ut Gal-
lorum loquendi communis uſus interpreta-
tur,) pago quocumque mœnibus clauſo,
muriſve circundato, in quo frequens populus
habitat.[i] Parochialem autem Eccleſiam ap-
21 pello, ædem ſacram certis diſtinctam limiti-
bus,[k] intra quos homines conſtituti, ad tem-
plum illud conveniunt, ſanctum & ſpiritale
22 viaticum percepturi,[l] quæ & baptiſmalis,
quandoque appellatur.[m] Quia jure commu-
ni, baptiſteria ſolis conceſſa ſunt parrochiis.
[n] Sanè non poſſunt parochiales Eccleſiæ, in
civitatibus, ſeu villis muratis exiſtentes, aliis
quàm graduatis, aut qui ſaltem per tres annos
in Theologia, vel altero jurium ſtuduerint,
conferri.[o] Niſi in vim mandati cum benefi
ciorum quocumque aut quomodocunque qua-
lificatorum, atque adeò in villis muratis ſito-
rum, liberam collationem, præventionis jure
23 Romani Pontif. ſibi reſervaverit.[p] Et perpe-
tuum ſit, Apoſtolicum licet in data poſte-
riorem, graduatis, vel nominatis, ſicuti &
omnibus antea receptis, etiam legati autho-
ritate, præferendum.[q] Nec nos moverint re-
centiorum[r] argumenta, non in primis quòd
24 ex concordati verbis, beneficia ſub illis com-
prehenſa conſiderant: fateor enim aliqua eſſe
beneficia, quæ mandatis minimè continen-
tur: veluti dignitates electivas,[ſ] beneficia no-
vè creata[t] vacantia in curia Romana,[u] ſup-
preſſa,[x] & id genus quæ ſuo loco diffusè me-
morabo, de quibus concordatum[y] loqui con-
jicio, non item ut illi putant de villis muratis.
Non obſtat rurſus quod alioqui adverſus juris
regulas,[z] duo ſpecialia inducamus, ut ſcili-
cet mandatarius, nominatis & graduatis præ-

*Villa murata.*

*Parrochialis Eccleſia.*

*Baptiſmalis Eccleſia.*

*Mandatarius omnibus præfertur.*

*Beneficia quæ mandatis non continentur.*

h §. ſtatuimus ij. eo. tit.
i Glo. §. in Eccleſ. de collat. in pragm.
k c. ſuper eo de paroch. c. Eccleſias xiij. q. j
l c. ij. de paroch., clem. dudum. §. verum de ſepult.
m c. j. de no. oper. nunt. c. plures xvj. q. j.
n c. his quę de major. & obed. c. ij. de capel monachor.
o d. §. in Eccleſiis & d. §. ſtatuimus.
p §. declarantes de mandat. apoſt. in concord.
q c. cum cui c. ſi à ſede & c. hi qui de præb. in vj. gl. §. non tamen in fin. de collat. prag.
r Rebuff. in d. §. declarantes.
ſ ca. cum in illis §. j. de præb. in vj.
t Clem. fin. de reſcript.
u c. ij. de præb. in vj.
x cap cùm acceſſiſſent. ubi Felyn. de conſtit.
y d. §. declarantes.
z l. j. C. de dot. promiſſ.

feratur, habeatque beneficia, quorum ex le-
ge ſaltem concordati, eſt incapax: nam hoc
falſum eſt, quum hæc qualitas, nulla lege in
mandatario deſideretur, concordatum enim
[a] prohibens, ne tales villæ muratæ aliis per-
ſonis quàm ibidem deſignatis conferantur, or-
dinarios tantùm & eorum authoritatem im- 25 *Specialia plura an concurrant.*
pedit: & quod de concurſu duorum ſpecia-
lium, efferri vulgo ſolet, periculoſum eſt, [b]
ut fuſius alibi demonſtravi. [c] Præterea ubi ve-
rum eſſet, eorum tamen concurſum admitti
conſtat, ubi utrumque jure communi indu-
citur: & alterum ex altero fluit. [d] Denique
non pugnat, quòd aliud ſit conferre, aliud
mandare collationem ab altero fieri: [e] unde
quia Papa ſibi ſucceſſoribuſque ſuis reſervat
ut beneficia quæcunque & quomodocunque
qualificata conferre poſſit, [f] non videtur hoc
mandati executoribus permiſiſſe. [g] Etenim
reſpondeo, tunc Papam cenſeri confer- 26. *Papa quando dicatur cōferre.*
re: cùm exequutor Apoſtolicus, in vim
mandati confert: [h] is enim facere dicitur,
qui alteri faciendum mandat. [i] Sicuti & is ab
Epiſcopo deſtitutus intelligitur, qui à vicario
mandatum habente, removetur. [k] Aliis mul-
tis modis novellam legem, [l] de parrochialibus
Eccleſiis villiſque muratis loquentem, Doc-
tores [m] ampliant, reſtringunt, & interpre-
tantur, quæ apud illos legenda relinquo.

*Ab univerſitate Galliæ celebri.* Solis con- 27 *Nominatio cur introducta.*
ceſſum eſt univerſitatibus, ut alumnos ſuos
nominare poſſint, [n] cùm enim in ſtudiorum
gratiam, [o] & ut Eccleſiis de viris doctis pro-
videatur [p] nominationes introductæ ſunt, [q]
Academiis hanc facultatem concedi oportuit, 28
quarum antecesſores, ſtudioſorum qualita-

a d. §. ſtatuimus.

b l. fin. C. ad Velleyan.

c Libr. de juris civilis arte j. cap. xiiij. & in l. ſi is qui ff. de uſucap.

d l. ſingularia ff. de rebus cred. §. ſi ab hoſtib. quib. mod. jus pat. pot. Bal. l. j. in fi. C. quam li. ab empt. diſce.

e gl. c. duobus de reſcri. in vj. & in c. cum cui, & cap. ſi poſtquam de præb. eod. lib.

f d. §. declarantes.

g l. cùm prætor. ff. de jud. cap. ad audientiam de deci.

h c. hi qui in fi. de præbend. in vj.

i l. pater in fine ff. de ma. vind. Panorm. c. in cauſis col. ij. de elect.

k Glo. c. un. de cap mo. in vj.

l §. in Eccleſiis de colla. in pragm. §. ſtatuimus. ij. eo. tit. in concord.

m Gloſſ. d. §. in Eccleſiis Rebuff. d. § ſtatuimus & in tracta no. q. xvj.

n §. item quod ad dictas & §. ita tamen ubi gl. de collat. in prag.

o l. quidquid C. de advo. diver. jud.

p c. cum ex eo, de ſ elect. in vj.

q §. inſuper cum ſeq. q. de collat. in pragm.

tem, perſpectam veriſimiliter, & cognitam habent. [r] Quoſque præſumendum eſt, illorum tantùm nomen ædituros, quos tanto mu-
29 nere dignos exiſtimarint. [ſ] Neque verò putandum, omnibus id permiſſum univerſitatibus, ſed Gallicanis tantùm, & Delphinatus, [t] & iis quidem celebribus, ſeu ut dicunt famoſis, in quibus videlicet, multi nominis interpretes jura publicè profitentur, [u] modo tamen ſuſpenſæ non ſint, [x] temporéque duntaxat quadrageſimæ, (ut Gallorum recepit uſus,) ea liberalitate utantur, [y] & ad beneficia extra regnum ſita, nominationes non protendant: [z] cum autem unitæ provinciæ jus, naturam, & privilegia ſortiantur, cui
30 adjunctæ ſunt: [a] crediderim, Taurini univerſitatem paucis abhinc annis regno Gallorum additam nominare poſſe. [b] Nam & ſi novè in Gallia univerſitas erigeretur, eiſdem quibus veteres prærogativis, & privilegiis frueretur. [c] Cum autem nominandi poteſtas Academiis peculiariter tributa ſit, [d] palam eſt, ſolas juris Theologiæ, aut alterius diſciplinæ
31 facultates, nominare minimè poſſe. [e] Sed nec literas temporis ſtudii, (ſi ſummo jure utamur:) cum eæ ab univerſitate manare, pariter, & procedere debeant, [f] non conſiſtetur autem univerſitas, ex facultatibus ſeparatis: [g] quod tamen ſtrictum jus, Pariſienſis Academia non recepit. In qua quælibet facultas, tam gradus, quàm temporis ſtudii literas, ejuſdem facultatis ſcribæ non univerſitatis manu ſignitas, concedit ſupremo ſenatu, ut docti viri [h] referunt, id comprobante, porrò autem quoniam concedendarum nominationum facultatem univerſitatibus lex defert:

*Univerſitates quæ poſſunt nominare.*

*Taurini univerſitas.*

*Facultas non nominat.*

r l. nemini C. de advo. diverſ. judic.

ſ l. ij. C. de offic. civil. jud. c. in veſtra de procur. c. niſi de præb.

t Proc. Concord. §. j de reg. ad præl. no. & alibi ſæpè.

u §. præterea de collat. in concord.

x §. monemus. eod. tit.

y Glo. §. ſtatuit de coll. in pragm.

z Rebuff. q. vj. tracta. nomina.

a l. ſi convenerit. §. ſi nuda ff. de pign. actio. ubi Bart.

b l. prædiis §. qui domum. & l. uxorem §. legaverat ff. de leg. iij.

c cap. cum olim. de conſuet.

d § præfati j. de collat. in concord.

e Gloſſ §. ita tamen in fin. eo. tit. in pragm.

f § præfati ij. de colla. in concord.

g Bal. auth. habita. C. ne fil. pro patr.

h Rebuff. d. §. præfati.

[i] putaverim, univerſitates ea in re ordinaria 32 *Univerſitas nominando ordinaria utitur poteſtate.*
uti poteſtate. [k] Nam etſi ex Romani Pontificis delegatione, id facerent, conſequens eſſet, ut ab Academiis nominati, Apoſtolicis impetrantibus, in data poſterioribus, præferentur adverſus concordati legem. [l] Quandoquidem à Papa nominati, cenſeri debent, quos ejus delegatus nominavit. [m] Oportet autem ordinariis collatoribus, hoc eſt qui legis, aut Romani Pontificis conceſſione, beneficia conferunt, [n] vel Eccleſiaſticis Patronis, ab 33 *Nominationibus qui gravetur.*
univerſitatibus, nominat. dirigi. [o] Quicumque tamen fuerint ordinarii, gravari poterunt [p] ſive Regulares, ſive ſeculares, [q] & tam majores, ut Cardinales, legati, Archiepiſcopi & Epiſcopi, [r] licet privilegio (quod indul- 34 *Indultũ Cardinalium.*
tum vocant) ſuffulti, ne ſua ab aliis beneficia conferantur, [ſ] cùm vim contractus habeat concordatum. [t] Cui ideò Romanus Pontif. in præjudicium Gallorum, quibus jam jus quæ- 35
ſitum eſt derogare nequit: [u] quàm minores, ut abbates, & alii inferiores collatores. [x] Adeò quidem, ut collegium, ſeu capitulum Eccleſiæ, collationem beneficiorum, habens ſicut mandatis, [y] ita nominationibus gravari poſſunt. [z] Eidémque directa nominatio, ſingulares canonicos, vice capituli conferentes, comprehendat. [a] Licet ſecus, ſi ratione dignitatis conferant. Tametſi adjecta eſſet clau- 36 *Clauſula communiter vel diviſim.*
ſula, communiter, vel diviſim, [b] Cùm literæ capitulo directæ, palam faciant, noluiſſe nominantes, dignitatem extra capitulum gravare. [c] Ex quo ratione dignitatis, de capitulo, collator non exiſtit. [d] Operabitur ergo hæc adjectio, communiter, vel diviſim, ut antiquior canonicus, ex fundatione beneficii col-

i §. item quod ad dictas & §. ita tamen de coll. in pragm.
k l. & quia ff. de juriſ. omn. judic.
l §. declarãtes de man. Apoſt. in concord.
m l. pater in fine ff. de rei. vind. Fel. in c. poſt ceſſionem ad fi. de probation.
n c. à judicibus ij. q. vj. Gl. c. ordinarii de off. ordi. in vj.
o § j §. præterea & tot. tit. de colla. in concord.
p d. § præfati j. & d. §. præterea.
q §. volumus de collat. in concord.
r §. quod ſi quis j. eo. tit. prag. §. ſi quis verò eo. tit. concor.
ſ Rebuff. q. viij. tract. nomi.
t §. j. de fir. & irro. ſtab. concord.
u c. j. de probatio. c. poſt ea. c. xxv. q. ij.
x d. § præfati vij.
y c. eam te de reſcri. c. ſi c. de conceſ. præben. in vj.
z d. §. præfati j.
a c. fi. de præb. in vj.
b d. c. fi. ubi glo. & doc. glo. §. ſtatuit de colla. prag.
c c. cum in illis §. fin. de præb. in vj.
d Innoc. c ij. de inſtitu.

lationem habens, cum ratione canonicatus
de capitulo ſit, per nominationem, ſicuti per
37 mandatum, gravatus intelligatur. [e] Non po-
terunt tamen, capitulo à quo beneficia, nec
quidem nominatis conferri poſſunt: ſede va-
cante, nominationes inſinuari. [f] Cùm non
ſit ordinarius collator. [g] Nec obſtat, quòd
crebrò exiſtimatum ſit, in collationibus ne-
ceſſariis, (qualem dicunt quæ fit nomina-
to:) capitulum Epiſcopo ſuccedere. [h] Nam
hoc falſum, ex Alexan. iij. [i] conſtitutione,
& Honorii in reſcripto, [k] paulò ante evici-
38 mus. Nec admodum tutum mihi videtur,
aſſerere collationem quæ fit nominatis, ne-
ceſſariam eſſe: quando concurrentibus pluri-
bus ejuſdem anni nominatis, poſſit Epiſco-
39 pus cui vult gratificare. [l] Quo caſu liberali-
tatem exercere dicetur, ſaltem in cui vult
conferendo. [m] Sed an univerſitas nominatio-
nem re integra revocare poſſit, quæritur? Et
creditum eſt poſſe. [n] Cum per eam nullum
jus quæratur nominato, ut antè probatum
eſt. Et poſtulantes re integra, à poſtulatione
reſiliant. [o] Ego verò contrà. Si non ſubſit in-
gratitudo, aut alia juſta cauſa revocandi. [p] Et
quoniam Epiſcopus nominandi facultatem,
in Eccleſia habens, non variat, ſi ſemel no
minavit. [q] Nec diſpenſationem à ſe factam,
inferior à Principe revocat. [r]

*Gallo ſuæ diſciplinæ alumno.*

Nominari verò non poſſunt, niſi clerici,[s]
40 natalibus, ætate, & moribus idonei, [t] & ii
quidem non exteri, ſed Galli. Quibus pecu-
liariter hoc indultum eſt, [u] ſi poſt navatam
per ſtatutum tempus ſtudiis operam, [x] uni-
verſitate celebri, quæ nominationem con-

*Inſinuari an poſſint capitulo nominantis.*

*Univerſitas an revocet nominationem.*

*Nominari qui poſſint.*

e d.c. eam te & d.c.fin. in fi.

f Glo. §. item voluit de colla. in prag.

g c. illa ne ſed. vac.

h Rebu. q.xiiij.nu. 78.

i d. c. eam te reſcrip.

k d. cap. illa.

l §. ſtatuimus j. de colla. in concord.

m Gl. c. relatum de præbend.

n Glo. §. item quod ad dictas de coll. in prag.

o c. bonæ ij. de poſtul. præb.

p cle. j. de renuntia c. paſtoralis de jur. pat.

q l. apud Aufidium ff. de opt. leg. Roe. xxij. & xxxv. in Ant.

r c. ex tua de fil. presb. gl. cum ex eo de elec. in vj.

ſ c. cum adeò de reſcr. c. ex literis de tranſac.

t c. cum in cunctis de elec.

u § nam Eccleſiarum ubi gl. in prox. prag.

x § præterea de colla. in concord.

fert, [y] aliquo gradu legitimè ſint decorati. [z]
Et ita non per ſaltum, [a] recepto puta licen-
tiæ gradu ante baccalaureatum, vel doctoræ,
ante licentiam. [b] Nec per bullam, ſeu reſ-
criptum principis. [c] Denique beneficia non
habentes, uſque ad valorem ducentorum flo-
renorum, aut ducatorum auri, de camera. [d]
Tempus autem legitimum eſt in Theologiæ 41 *Tempus ſtudii.*
gradu decennium. Præterquam reſpectu bac-
calaureorum, ut vocant, ſimplicium, in qui-
bus ſex anni ſufficiunt. In doctoribus vero,
& licentiatis, in altero jurium, aut medici-
na, ſeptennium. In baccalaureis, juris ca-
nonici, aut civilis (ſi non ex utroque paren-
te nobiles ſint, quos per tres annos in altero
jurium ſtuduiſſe, ſatis eſt) quinquennium ut
& magiſtris, & licentiatis artium, cum ri-
gore examinis. [e] Quemadmodum autem in
nominationibus deſideratur ſcriptura [f] ſcribæ 42 *Nominationū ſubſtantialia.*
univerſitatis, (quem alii Secretarium, alii
bidellum vocant:) manu obſignata, & auten-
tico ejuſdem Academiæ ſigillo, annotata, [g]
quæ diem, menſem, & annum contineat,
tum ut conſtet, an extra permiſſum tempus,
nempè quadrageſimæ, nominatio conceſſa
ſit: tum ut appareat ex pluribus nominatis,
quis antiquior exiſtat. [h] Hoc eſt, primò no-
minatus [i] ſimiliter, hæc omnia in atteſtationi-
bus temporis ſtudii deſiderantur. [k] Et præte-
rea duo teſtes, integræ fidei, [l] ejuſdemque
cum eo de cujus ſtudio deponunt profeſſionis.
[m] qui jurati, [n] de perfecto ſtudii tempore, non
domi, ſed in celebri aliqua univerſitate, [o] nec 43 *Nobilitatis prærogativa.*
ſingulariter, ſed concorditer, [p] deponant.
Sanè quoniam nobilibus ex utroque parente,
(quibus non tantum in profanis, [q] ſed etiam

y §. itē quod ad dictas eo. ti. in prag. §. volumus eo. ti. in concord.
z §. item placuit & §. inſuper eo in prag. §. teneantur eo. in concord.
a l. nemo C. de advo. de jud.
b §. monemus de colla. in concor.
c Io. fab. §. reſponſa de jur. nat. Iaſo. l. ſi quis major. C. de tranſac.
d §. volumus de colla. in concord.
e d. §. præterea & d. §. inſuper.
f §. præfati j. & ij. de colla. in concord.
g d. §. præfati.ij. in 6.
h §. ſtatuimus j. de colla. in concord.
i c. ſi. de conſue. in vj. c. ſi. xvij. diſt.
k d. §. præfati. ij.
l l. iij. l. ubi numerus ff. de teſt b.
m c. veniens ij. in 6. de teſtib.
n l. jurisjurandi C. eo. c. tuis eo. tit.
o d. §. præterea.
p c. bone. j. de elect.
q l. non tantum §. j. ff. de excuſa. tuto.

in ſpiritualibus, ubi generis claritatem, virtutum dignitas comitatur, [r] pleraque peculiariter lex indulſit:) [s] ſtudii tempus brevius multò quàm aliis diffinitum eſt, [t] rem quoque, ne via fraudibus pateret, diligentius inquirendam, Conçordatum cenſuit, ut ſcilicet quatuor teſtibus, (jam dictæ qualitatis,) in judicio coram magiſtratu ordinario loci, in quo natus eſt, qui nobilitatem allegat deponentibus, perquiſitæ rei veritas elucefcat.

44 *Matricula an neceſſaria.* [u] Præter ſuperiora, ſunt qui putant illud quoque neceſſarium, ut literæ ſtudii teſtentur eum quo de agitur, in ſcolaſticorum numerum quondam relatum, hoc eſt matriculatum fuiſſe. [x] Quandoquidem ſcolarium, ut nec militum privilegiis minimè fruantur, qui in matricula, hoc eſt libro, in quo certæ conditionis homines deſcribuntur, [y] relati non ſunt: [z] ſed cum hoc neque Pragmatica, neque concordatum requirat, capit conjectura pote t, eam novellæ legis mentem non fuiſſe, [a] idque frequentiſſimo Gallorum uſu, comprobatum ſcimus, & Rebuffus noſter [b] teſtatur. Ut ſcilicet, matricula non deſideretur, ſed probatio temporis ſtudii ſufficiat.

45 *Valor in nominatione exprimendus.* *Legitimè facta.* Præter ſuperiora, ut ſuis partibus nominatio conſtet beneficiorum, quæ poſſidet nominatus, & eorum veri valoris [c] expreſſio requiritur. Beneficia autem ſic accipere debemus, ſive majora, ſive minora, [d] & quantumcunque modica, [e] ſive præterea unum, ſive plura, [f] cum harum rerum ſcientia, & expreſſio, univerſitatem à concedendo removari poſſit: [g] qua ratione hoſpitalia quoque, leproſariæ & cætera id genus, (quæ tamen

46 beneficii verbo, non continentur,) [h] in no-

r c. re de præb. c. recurrat. §. fi. xxxij. q. iiij.
ſ c. de multa de præb. & d. c. penul.
t d. §. inſuper & d. §. præterea.
u §. cùm vero de colla. in concord.
x Gl. §. itẽ quod ad dictas de colla. in prag.
y l. iij. de agent. in reb. lib. xij. c.
z l ex eo, ff. de mil. teſta. l. Scriniarios C. eo.
a l. de pretio ff. de publicia.
b Rebuff. q. x. trac. nomina.
c §. volumus de colla. in concord.
d c ij. de præb. in vj. gl.
c. j. de reg. jur. eo. li.
e c. fi. proponente de reſcrip. c. ſi motu de præben. in vj.
f l. iiij. § j. ff. de neg. geſ.
g c. poſtulaſti de reſcri.
h Clem. per literas de præb.

minationibus exprimi debent. [i] Idémque de penſione dicendum puto, [k] extenſa Concordati lege per limitem rationis. [l] Licet enim penſio beneficii verbo non veniat: [m] legis tamen mens hoc ſuadet, quæ ſcolarium inopiæ ſuccurrere voluit. [n] Inde palam faciens, nominationes ad literarum juſtitiæ, (quas alii in forma pauperum vocant:) naturam accedere: in quibus non tantum penſionem, ſed & temporale patrimonium, exprimi oportet. [o] A qua ſententia, nec uſus noſter abhorret: [p] de beneficiis ergo dubium non eſt, 47 ſive ea de jure poſſideantur, [q] ſive vi, & de facto occupentur. [r] Nec enim inquirimus, utrum jure legitimo teneantur: ne, [ſ] præſertim violentus, melioris conditionis, quàm legitimus poſſeſſor exiſtat: [t] ſed id tantum, an à nominato poſſideantur. [u] Per contrarium vero, ſubticeri in nominationibus poterit, ut doctores putant, collatum quamvis acceptatum beneficium, cujus nondum poſſeſſionem nacti ſumus. [x] Idémque creditum eſt in bene- 48 ficio, quo quis ſpoliatus & dejectus fuit. [y] At ego in utroque contra, cum enim per collationem jus ad rem, [z] acceptatio neque ſequuta jus in beneficio quæratur: [a] & ſpoliatio, non titulum, ſed beneficii poſſeſſionem tan- 49 tummodo auferat: [b] viget quoque his caſibus, ratio legis, quia expreſſum potuiſſet univerſitatem à concedendo retardare. [c] Qua paulò ante diximus, hoſpitalia, leproſarias, penſiones, & ſimilia, quæ nec beneficia ſunt, nec beneficii verbo veniunt: [d] exprimenda eſſe: multomagis igitur verum & proprium, eadem ratione vigente, exprimendum erit. [e] Huc pertinet, quòd crebrò & rectè traditum eſt,

Apoſtolicum

*Penſio in nominationibus exprimenda.*

*Beneficia quæ nominationibus exprimi debent.*

*Spoliatus an teneatur exprimere beneficium.*

*Spoliatio titulum non aufert.*

i Gl. §. itẽ quod univerſitates de coll. in prag.
k Gl. d. §. item quod.
l l. cum pater §. dulciſſimis ff. de leg. ij.
m c. ad audientiam de reſcrip. c. quamvis de præb. in vj.
n d. §. volumus.
o Felyn. c. poſtulaſti col. vi. de reſcrip.
p Gl. reg. Cancel. lxj.
q d. § volumus.
r Glo. in c. cum qui de præben. in vj. & in d. §. item quod.
ſ l. j. § non quærimus ff. ſi quis omiſ. cauſ. teſt.
t l. Servius ff. quod vi aut clam. d. c. cum qui.
u d. §. volumus.
x Glo. d. §. item quod.
y Glo. d. §. item quod.
z c. ſi. de conceſ. præb. in vj.
a ca. ſi tibi abſenti eo. titu.
b c. conquerente c. in literis de reſti. ſpol. l. ſi id quod § ſi. ff. de acquir. poſſeſ.
c d. c. poſtulaſti.
d d. c. quamvis de præb. in vj. de cle. per literas.
e Aut. multomagis. C. de epiſ. & cler.

Apoſtolicum impetrantem, de beneficio quo ſpoliatus eſt, debere mentionem facere. [f] Am-
50 plius exiſtimatum eſt, poſſe nominandum ſubticere beneficia, quæ à ſe poſſidentur, non pacificè, (hoc eſt non ſine lite, & controverſia judiciali: [g]) quorum veluti recredentiam habuit, lite tamen adhuc pendente, ſuper pleno, (ut vocant) poſſeſſorio: [h] quæ ſententia in hoc regno non vera eſſe non poteſt: cùm eo jure utamur, ut obtinens in vin-

*Nominatus nō tenetur exprimere beneficia non pacifica.*

51 diciarum lite, (quam victoriam vulgus recredentiam vocat. [i]) nec quidem ſimpliciter, poſſidere dicatur, ſed ſub manu (ſic loquuntur pragmatici,) Regis, & curiæ. Exprimere autem, quòd non ipſe per ſe poſſidet, nominandus non obſtringitur, [k] niſi in eo jus certum habeat, & indubitatum, ut de collato, & eo quo quis vi dejectus eſt, mox oſtendi. Verum quoniam nominationes, univerſitas, & collationem ordinarius, beneficia redditus ducentorum aureorum de camera habenti, juſtè denegat, [l] ſanctiſſimè conſtitutum

*Recredentia.*

52 eſt, ut in nominationibus, verus poſſeſſorum beneficiorum valor exprimeretur. [m] Et in Apoſtolicis impetrationibus, ex Pontificum Vrba vj. [n] Joan. xxij. [o] & Inno. viij. [p] conſtitutione, & curiæ Romanæ ſtylo, [q] multò antè tempore receptum erat, nulla tamen Pontificii juris expreſſa lege ſuffragante, [r] ſive de valore obtenti, ſive obtinendi beneficii, tractemus. [ſ] Et quamvis hoc rationis velamento, uſum Romanæ curiæ ſcriptores, confirment. [t] Quoniam poteſt expreſſa redditũum beneficii æſtimatio, Papam à concedendo retrahere. [u] Galli tamen aliam rationem eſſe pu-

*Valor in nominatione exprimendus.*

53 tant. Ne Romanus Pontif. Annata, (hoc

*Annata.*

f Panor. c. in noſtra de reſcrip. & in c. cum teneamur de præ.

g Gl. cle. un. de ſequeſt. poſſ.

h Glo. d. §. item quod.

i Bud. l. ij. ff. de orig jur.

k d §. volumus.

l d. §. volumus.

m d. §. volumus.

n Rot. ccxcij. no.

o Anch conſ. cxxxviij.

p Reg. cancel lxj.

q Panor. & Fely. cap. ad aures de reſcrip.

r Glo. cle. j. de præb.

ſ Panor. d. c. ad aures.

t Panor Fely. & Dec. d. c. ad aures.

u d. c. poſtulaſti de reſcript.

eſt, fructibus primi anni, ſacerdotii vacantis, aut certa eorum parte, ) defraudari poſſit. [x] Unde hec hanc veri valoris expreſſionem recipiunt, æſtimationem 24. ducatorum de camera, in quibuſcumque gratiis ad beneficia, cujuſcumque valoris dumtaxat exprimentes. [y] Generaliterque conſtitutiones Papæ Burſales, hoc eſt ad implendos Romano. Pontificum loculos æditas, Galli rejiciunt. Quibus concordati lex, de vero valore in nominationibus exprimendo, annumerari non poteſt. Cùm nec Papæ, nec univerſitati, annatæ nomine, quicquam præſtetur. Quocirca hoc jure etiamnum ùtimur, ut nominationes verum poſſeſſi beneficii valorem exprimant. [z] In quibus præterea ſicut in gratiis, [a] conſtituit Baſilienſe concilium, [b] ut præſignes & notabiles beneficiorum qualitates inſerentur. Veluti, An dignitates ſint, aut perſonatus. [c] An curam habeant animarum, [d] continuámve ex ſtatuto, vel conſuetudine reſidentiam requirant: [e] quarum & ſimilium qualitatum expreſſio, ſpecialis eſſe debet. [f] Unde generalis per hæc veluti verba, Non obſtante quòd alia beneficia habeat, etiam ſi fuerint dignitates, perſonatus, &c. Non ſufficeret: [g] nam & hæc univerſitatem à concedendo, [h] & collatorem à conferendo, [i] retrahere poſſunt. Qua ratione licet de qualitate ordinis annexi, [k] aut de beneficio acceſſoriè unito, cum ſuper eo diſpenſatio neceſſaria non ſit: [l] mentionem fieri non oporteat: ubi tamen Eccleſiæ æquè principaliter unitæ eſſent, & annexæ: ita ut alteri altera non accederet, quia ejuſdem poteſtatis, & dignitatis eſſent, [m] annexa pariter foret exprimenda. [n] Et generaliter, quali-

54

55 *Burſales Papæ cõſtitutiones Galli rejiciunt.*

56 *Qualitates beneficiorum exprimendæ.*

57

x §. ji de annat. in prag. & concor.
y Gloſſ. §. fin. de mand. Apoſto. in concor.
z Rebuf. trac. nom. q. ix. nu. 33.
a Cle. ſi Romana à contrario de præb.
b §. item quod univerſitates de colla. in prag.
c c. ad aures de reſcr.
d c. cum in illis in prin. de præben. in vj. cle. j. eo. titu.
e c. ii. de cler. non reſi.
f Cle. ii. de offi. ord.
g Gloſſ. d. §. item quod univerſitates.
h c. quamvis & c. is cui de præben. in vj.
i Gl. d. §. item quod.
k c. ei cui de præbend. in vj.
l c. ſuper eo. eo. tit.
m l. generaliter ff. de fidejuſ. c. un. de conſ. Eccle. in vj.
n Cle. j. de præb.

tates inſignes, quæ ratione privilegii conſuetudinis Eccleſiæ, aut aliter de facto inſunt, ſine ſurreptionis vitio taceri non poſſunt, licet inhærentes de jure communi, neceſſariò exprimi non debeant. [o] Veluti de cura animarum, quam Archidiaconus ipſo jure habet. [p] cum enim princeps omnia jura in pectoris ſui ſcriniis habeat, [q] deceptus dici non poteſt, taciturnitate eorum, quæ lege continentur. [r] Sanè concordati lege, qualitatis expreſſionem minimè neceſſariam noviſſimi

58 credunt, [ſ] cum de ea in lege verbum nullum. [t] Quorum ſententia pragmaticæ correctionem inducens, vix defendi poteſt. Quod enim non mutatur, jure præſertim communi adjutum, [u] cur ſtare prohibetur? [x] Nec me fugit, antiquata eſſe per Concordatum, pleraque pragmaticæ ſanctionis capita: [y] cæterùm hac in parte, ei legi derogatum non legimus. Quin potius ea à Concordato, interpretationem, & confirmationem recepit. [z] Unde ſecundum ejus terminos Concordati lex intelligenda.

59 [a] Nec correctio legis diminutoriè induci debet: [b] aut ad capitula ſeparata produci, quæ aliqua ratione ſalvari poſſunt. [c] Porrò autem impetrata in hunc modum nominatio-

60 ne, ne juſtam alieni facti ignorantiam collatores prætendant, [d] debet nominatus per ſe, aut per procuratorem, [e] coram notario, & teſtibus, [f] nomen ſuum, [g] cognomen, literas gradus, nominationum, & temporis ſtudii, nobilitatíſque, (ſi nobilis fuerit,) ordinariis collatoribus, aut patronis Eccleſiaſticis ſeu eorum vicariis, ſi illi abſentes fuerint, ſemel in anno, tempore quadrageſimæ inſinuare, [h] id eſt, exhibere, oſtendere, & præ-

*Qualitatis beneficii expreſſio an neceſſaria.*

*Correctio legis fugienda.*

*Inſinuatio quomodo facienda.*

o Fely. in cap. in noſtra col. iiij. de reſcrip.
p c. ad hæc de offi. arch.
q l. omnium C. de teſt. c. j. de conſti. in vj.
r Accurſ. & Bal. l. ij. C. ſi contra jus Fely. d. c. in noſtra
ſ Rebuf. q. ix. nu. 47.
t l. de pretio ff. de publ.
u Cle. j. de. ſi Romanus de præb. c. cum in illis eo. tit. in vj.
x l. præcipimus in fi. C. de appel.
y §. quod ad ea in proœ. concor.
z d. §. quod ad ea juncto §. volumus de colla. in concor.
a §. pe. de fil. ante do. tal. inſt. nat. coll. iij
b Gl. ſ. capi. cupientes §. quod ſi per xx de e. e. in vj
c C. ſo §. j. de her. c. ... al. inteſt. co. la. ix.
d l. ſi. ff. pro ſoc.
e l. j. § j. c. de bo. mat.
f c. quoniam contra de proba.
g §. ſtatuit. de colla. in prag. §. tenentur eo. tit. in concor.
h l. Jubemus C. de emancip. lib.

ſentare. i Debet præterea ordinariis peten- 61
tibus, k duplicatas literas, hoc eſt origina-
les, cum exemplo, ſeu copia, ſuis ſumpti-
bus & expenſis l dare: m non quidem, ut am-
bas literas collator retineat, ſed ut copia
conſervata, authenticam, ſeu originalem
viſam, & perlectam reddat. n Hæc ſi negle-
xerit facere; nominatus nequibit eo anno
quo negligens fuit, vacans etiam diffinito
tempore beneficium in vim, gradus aut nomi-
nationis petere. o Si verò diligenter hæc om-
nia expleverit, occurrente vacatione benefi-
cii, debebit collatorem, aut ejus vicarium re-
quirere, ut ſibi conferat beneficium. Ille au-
tem graduum, aut nominationum ordinem 62
ſequi, non aſtringitur, p ſed ex graduatis,
vel nominatis quem volet, poterit gratificare,
q non proviſum tamen, r vitandæ fraudis gra-
tia, ſ & ne unus vendicet ſibi ſtipendia pluri-
morum, t niſi nominati diverſorum anno-
rum eſſent. Tunc enim antiquiori, hoc eſt
primo nominato, u ſi tamen idoneus ſit, &
ceſſante gradus prærogativa, conferre tene-
tur. x Locuſque ſit antiquæ Juris Regul. Qui
prior eſt tempore, potior eſt jure. y Quòd
requiſitus collator nominato conferre recuſet,
adeundus eſt proximus ſuperior, ad quem ſit
devolutio. z Aut Roman. Pontifex, cum quo- 63
cumque ſive proprio, ſive devoluto jure con-
ferente, concurrens. a Alligatúmque eſt in-
terim ordinarii os, uſque adeò ut ſi alteri quàm
graduato, aut nominato conferat, ſit ipſo
jure nulla collatio. b Unde cùm non præſtet
impedimentum, quod de jure effectum non
habet: c traditum eſt, poſſe collatorem retro-
cedere, nominato cum effectu conferendo. d

*Literæ duplicatæ.*

*Gratificationi quando ſit locus.*

*Prior tempore potior jure.*

*Papa cũ omnibus concurrit.*

i Cle. cauſam de elect.
k cap. cum perſonæ de privileg. in vj.
l d. § teneantur.
m Gloſ. d. §. teneantur.
n d. §. teneantur.
o §. ita tamen de colla. in pragm.
p §. ſtatuimus j. eod. tit. concord.
q d. §. ita tamen.
r d. §. ſtatuimus.
ſ c. quia nonnulli de cleric. non reſid.
t c. fin. de conſue. in vj.
u d. §. ita tamen & d. §. ſtatuimus.
x l. quoties utriuſque ff. de regu. jur. cap. qui prior. eod. tit. in vj.
y §. quod ſi quis ubi glo. de colla. in prag. §. ſi quis vero eo. tit. in concord.
z cap. cuncta per mundum ix. iij.
a d. §. ſi quis vero.
b l. ſi dari ff. de verbor. oblig. c. non præſtat. de reg. jur. in vj.
c c. fin. de jur. patr. glo. §. quod ſi quis j. de collat. pragm.
d l. nonnunquam ff. de

64 Nec enim ejus varietatem lex aſpernatur qui
mutavit in melius conſilium. [e] Et quod dici
ſolet, per primam collationem impediri ſe-
cundam donec prima caſſata fuerit, intelligi
volunt, niſi prima notoriè nulla ſit. [f] Aut non
eodem jure, ambæ procedant. [g] Ut in propo-
ſito, cum prior voluntatis fuerit, & poſterior
neceſſitatis. [h] Sed utcumque, ex æquitate
defendi poſſit hæc ſententia, vix eſt, ut ſtricto
jure recipiatur. Cum ordinarius, qui primo
contulit non capaci: officio ſuo omnino func-
tus, [i] per delictum poteſtate conferendi priva-
65 tus ſit, [k] factáque mox ad ſuperiorem devo-
lutio, [l] poſt devolutionem autem facta colla-
tio, nullius eſt momenti. [m] Illud poſtremò
notandum nominationis vim, ad omnia om-
nino beneficia non protendi. Neque enim
66 Electiva, [n] vacantia ex cauſa permutatio-
nis, [o] patronata laicorum, [p] poſt datam no-
nationum creata, [q] regularia in nomina-
tionibus ſecularis, ſecularia in nominatio-
nibus regularis, [r] vacantia in curia, [ſ] aut
aliter reſervata, [t] nominationibus conti-
nentur. Et generaliter, quæcumque man-
datis non comprehenduntur, quæ nos pau-
lò inferius ſuo loco referemus. Nec ta-
67 men ignoro, inter nominationes, & man-
data, quantum ad hanc rem pertinet, illud
intereſſe, quod mandatario beneficium ſim-
plici reſignatione vacans de jure, [u] (licet di-
verſum Gallorum mores receperint) debea-
tur, non item nominato. [x] Sed poteſt illud
per ordinarium liberè cuicunque conferri, [y]
niſi in fraudem nominatorum, vel graduato-
rum, facta probaretur renuntiatio. [z] Quæ fraus
multifariam, multiſque modis detegitur: quos

*Collatio ſecunda quando per primam impediatur.*

*Collatio poſt devolutionem nulla.*

*Nominatio ad quæ beneficia trahatur.*

*Mandatario beneficium reſignatum debetur.*

colla. bono ca. magnæ. xxij. q. iiij.
e c. poſt electionem §. quoniam de conceſ. præben. c. inter dilectos de exceſ. prælat.
f c. cum terra in fin. de election.
g l. tutorem ff. de iis qui ut indi. c. quia diverſitatem de conceſ. præb.
h Glo. d. §. quod ſi quis j.
i Panor. c. accedens nu. iij. de præben.
k ca. cum in cunctis §. fin. de elect.
l d. §. ſi quis vero.
m c. licet & cap fin. de ſup. negl. prælat.
n § monaſteriis de reg. ad prælat. not. ſa. in concord.
o §. volumus de collat. eod. lib.
p §. præfati j. eod. tit.
q Clem. fin. de reſcript.
r §. volumus de collat. in concord.
ſ c. ij. de præben. in vj.
t c. execrabilis eod. tit. in extra. Co.
u c. dudum. de præb. in vj. c. fin. de renun. c. lib.
x §. item quod omnia, de collat. in pragm.
y d. §. volumus.
z c. ij. de renun. in vj. j.

a In d. §. volumus.

copioſè juxta, ac eruditè Rebuff. noſter ª conceſſit. Qui alibi præterea, differentias & ſimilitudines multas inter nominationes & mandata, nominationumque materiam, diligentiſſimè perſtrinxit: ᵇ ad eum igitur avidum lectorem, cui hac noſtra paraphraſi factum ſatis non videbitur, relego. Ego enim in hoc tractatu plus æquo prolixior mihi fuiſſe videor.

b Rebuff. in §. declarantes de mand. apoſt. in concord. & in tract. nominatio.

## SOLIER.

2 *Dicitur nominatione nihil juris quæri.* Triplex eſt nominatio ad beneficia, prima electorum, altera patronorum. Tertia univerſitatum: nominatio electorum eſt duplex, Solemnis, quando ſcilicet duo vel tres qui ſunt excellentiores in capitulo, vel alibi nominantur Papæ, & petitur per collegium ut Papa provideat Eccleſiæ de aliquo illorum, & per hanc nominationem quodammodo acquiritur jus nominatis, argum. cap. contra ſanctorum 16. q. ult. nec poſſunt variare poſtquam præſentata fuit ſuperiori, hoſtien. & Panorm. in cap. bonæ memoriæ le premier, de poſtulat. prælat. differt tamen re, & nomine à poſtulatione; eſt & eorumdem electorum nominatio ſimplex & non ſolemnis, quando ante ſcrutinium fiendum, aliquis nominatur inter canonicos, tanquam bonus & ſufficiens, & iſta nominatio non tribuit jus nominato, cap. quod ſicut, de elect. patronorum verò nominatio ad beneficium vacans abſenti collatori facta, quantumvis per nominatum acceptata nullum tribuit jus in re, nec ad rem perfectum, nec imperfectum antequam ipſius collatoris, ſeu inſtituere habentis aures pulſaverit, Lambertin. de jurepat. p. 1. lib. 2. q. 1. n. 1. gloſſ. pragm.

§. item circa, in verb. non valeant, de collat. Joan. de Selva, de benefic. p. 3. q. 11. n. 55. Brodel. ad Lovetium lit. p. cap. 25. n. 9. in fine, atque ita non impedit præventionem Papæ, ut ſubdunt de Selva & Brodel. ibid. nec variationem patroni etiam Eccleſiaſtici, quia actus eſt imperfectus, & antequam perficiatur, poterit patronus verti ad alium incohandum Lambertin. p. 2. lib. 2. q. 7. art. 2. ſed hoc non eſt propriè variare, ſed dimittere primum & tranſire ad ſecundum, d. art. 2. n. 5. poſtquam autem fuerit collatori inſinuata, præſentatio dicitur, & tribuit jus ad rem, & obeſt præventioni, ut omnes conveniunt, & tradunt auctores prædicti. Denique nominatio univerſitatum quantumvis collatori inſinuata non dat jus ante vacationem beneficii & requiſitionem nominati, poſtmodum dat jus ad rem & impedit præventionem Papæ, Rebuff. de mandat. Apoſtol. in verb. jure præventionis §. declarantes in concordato.

3 *Solus namque princeps noſter ad prælaturas nominare poteſt.* Multiplici jure Rex ad beneficia nominare poteſt 1. jure concordatorum ad prælaturas nominat toto tit. de Regia ad prælat. nom. in concordat. 2. jure fundationis nominat ad dignitates ſpiritualem juriſdictionem habentes, imò illas pleno jure confert. Chopin. de ſacra polit. lib. 1. tit. 3. n. 18. 3. jure regaliæ, ad eaſdem dignitates hodie nominationem exercet (quas antea pleno jure conferebat) juxta novam Regis declarationem. 4. ex privilegio Apoſtolico collatoribus ordinariis nominat indultarios, de quo vide præcipuè Molin. ad regul. de infirmis à n. 224. 5. ad primam præbendam in qualibet

Eccleſia cathedrali pro jucundo Regni adventu nominandi facultatem habet, de qua ſcitè diſſerit Bengeus cap. de modis acquirendi beneſ. §. 5. & cap. de canonicis inſtit. condit. §. 5. 6. Idem jus ſibi competit nominandi ad primum vacaturam cuilibet Epiſcopo, Archiepiſcopo pro præſtito ſibi ab eodem antiſtite fidelitatis ſacramento ex programmate Regio in magno conſilio homologato die 29. aut 30. Aprilis 1599. Chopin. de ſacra polit. lib. 1. tit. 3. n. 4. ſed hæc duo jura improbat. Senatus Pariſien ut referunt Bordonovius de ſtatu curiarum Eccleſiaſt. lib. 1. cap. 1. n. 28. & ſeq. Brodel. ad Loüet. lit. p. cap. 6. ubi multa congerunt.

11 *Data verò vacatione beneficii, jus ad rem per gratiam, atque adeo per nominationem acquiri puto.* Nominatio etiam inſinuata non tribuit jus ad rem ante vacationem, imò nec poſt, niſi per requiſitionem ſpecificam de certo corpore benficii, Molin. ad regul. de infirm. n. 238. nam ante vacationem & requiſitionem jus nominati dicitur præparatorium, inſtabile, ventoſum, dubium, & non radicatum, gloſſ. pragm. §. volens itaque, in verb. nominationes ad finem de collat. poſt requiſitionem autem beneficii vacantis, nec Papa quidem prævenire poteſt, quia eſt jus quæſitum, Molin. ibid.

13 *Non etiam ab ejus vicario cum is non poſſit ſine ſpeciali mandato beneficia conferre.* Cum collatio quæ fit graduato vel nominato reputetur neceſſaria, Rebuff. §. ſi quis verò in verb. diſpoſuerit de collat. in concord. probus ad gloſſ. pragm. §. item inſuper, in verb. abſentia, add. 4. de collat. Garc. de benefic. p. 5.

cap. 7. n. 81. Fevret. de abuſu, lib. 3. cap. 6. n. 6. quamvis contrarium velint Math. Pacus de mandat. apoſtol. p. 4. n. 40. gloſſ pragm. §. quod ſi quis in verb. tempore collationis de collat. conſequens eſt, ut vicarius Epiſcopi poſſit ex generali mandato conferre graduatis ſimplicibus & nominatis, quandoquidem collationes neceſſarias valet peragere, cap. ex frequentibus de inſtitutionib. & notatur in cap. fin. de offic. vicar. in 6. licet nequeat ſine ſpeciali conceſſione, voluntarias, cap. fin. eod. tit. & lib. ut de capitulo ſede vacante firmavimus ſupra part. 2. cap. 7. n. 4.

17 *Si tamen negligens fuit nominatus.* Ita ut abſque ulla requiſitione primo collatori facta paſſus ſit elabi ſemeſtre à tempore vacationis non poterit à ſuperiore impetrare jure devoluto in vim gradus, quia per negligentiam jure ſuo cecidit pro illa vice, poterit tamen ſuperior illi conferre jure communi, ut cuivis alii ſi nondum fuerit collatum, vel per alium graduatum intra ſemeſtre ab ordinario collatore requiſitum. Sed pone quod requiſitione illi in tempore facta, eoque recuſante ſuperiorem adivit, á quo collationem obtinuit, poſtmodum autem ordinarius alii debitè qualificato contulit, quis potior? ad favorem proviſi ab ordinario judicatum refert Rebuff. §. ſi quis verò, in verb. diſpoſuerit de collat. in concordat. Ego diſtinguendum puto, aut enim beneficium debetur graduatis ſimplicibus aut verò nominatis, primo caſu non potuit ſuperior jus gratificationis auferre ordinario, qui conſequenter potuit conferre in tempore debitè qualificato. In ſecundo caſu cum beneficium debeatur antiquiori nominato. Si proviſus

à ſuperiore ſit antiquior indiſtinctè prævalebit cæteris paribus, quia per requiſitionem & recuſationem ſine cauſa, jus fuit devolutum d. §. ſi quis verò.

22 *Aut qui ſaltem per tres annos in Theologia, vel altero jurium ſtuduerint.* Non tamen ſufficit ſtudium ſine gradu ad parrochialem Eccleſiam in villa murata obtinendam, ut cavetur ordinat. Ludovici XII. de anno 1499. & edicto Henrici II. dato Rhemis 9. Martii 1531. & judicatum refert à Senatu Pariſienſi. Molin. ad regul. de infirmis, n. 280. ita ut ne Papa quidem non graduato providere poſſit quicquid hic dicat auctor noſter, quia Eccleſiæ hujuſmodi tum concordatis §. ſtatuimus l. 2. de collat. tum ordinatione Henrici II. de menſe Martio 1551. ſunt graduatis debitæ & affectæ, Fevret de abuſu, lib. 3. cap. 4. n. 8.

37 *Non poterunt tamen capitulo vacanti nominationes inſinuari.* Cum devolvatur collatio neceſſaria ad capitulum mortuo Epiſcopo qualis eſt quæ debetur graduatis, ut ſupra diximus, conſequens eſt quod interim inſinuatio fieri debeat capitulo, ita tenent gloſſ. prag. §. item voluit in verb. abſentia in fine de collat. Rebuff. in tract. nominat. q. 14. n. 126. & probatur in cap. eam te, de reſcript. idem de vicario Epiſcopi, Rebuff. ibid. n. 100.

46 *Hoſpitalia leproſariæ, & alia id genus quæ tamen beneficii verbo non continentur in nominationibus exprimi debent.* Contrarium tenent & bene Rebuff. in tract. nomin. q. 9. n. 5. ubi dicit, altaria non ſpiritualiſata non eſſe in nominationibus exprimenda, & n. 9. & 10. negat hoſpitalia quæ non dantur in titulum beneficii Eccleſiaſtici, nec non Leproſarias

exprimi debere, quia beneficia Eccleſiaſtica tantum ſunt exprimenda §. volumus, de collat. in concord. & Loüet ad regul. de infirm. n. 47. in fine. His verbis: ſed an graduati præſtimonias exprimere debeant, & non teneri exiſtimo; cum lege concordatorum beneficia tantum exprimere debeant.

50 *Subticere beneficia quæ à ſe poſſidentur non pacificè.* Non vult auctor exprimi in nominationibus beneficia litigioſa. Idem tenet gloſſ. pragm. §. item quod univerſitates in verb. poſſidebunt, de collat. quod uterque ampliat etiamſi poſſeſſor recredentiam habuerit, contrarium indiſtinctè tenet Rebuff. in dicto tract. nominat. q. 9. n. 12. cui adhæreo, quia textus concordati dicit tantum poſſeſſa: ergo ſive fuerint poſſeſſa pacificè, ſive non, oportet ea exprimere; nam ſi voluiſſent tantum beneficia pacifice poſſeſſa eſſe exprimenda, hoc dixiſſent conditores, cap. audientiam de decimis, & cum indefinita æquipolleat univerſali, cap. ut circa de elect. in *6*. l. ſi pluribus, ff. de legat. 2. dum dicit poſſeſſa debet intelligi quomodocumque ſive pacificè ſive non.

58 *Concordati lege qualitatis expreſſionem minimè neceſſariam noviſſimi credunt.* Rebuffus quem allegare videtur Corraſius noſter in adverſam partem ſtat tamen ejuſdem ſententiæ, & aſſerit qualitates obtentorum eſſe exprimendas, non quidem ex concordato, ubi de hoc nulla mentio fit, ſed cum ex pragmatica Sanctione §. etiam quod univerſitates in verb. qualitates, de collat. tum ex ordinatione regia rubric. des graduez art. 3.

67 *Similitudines multas inter nominationes &*

*mandata.* His ſimilitudinibus à Rebuſſo congeſtis unam aut alteram ſcitu digniſſimam adjicio, videlicet, quod mandatarius, & nominatus ex quo ſemel contraxerunt per verba de præſenti, licet poſtea diſſolvatur matrimonium, non poſſunt habere regreſſum ad mandatum vel nominationes, quia gratia ſemel extincta non reviviſcit, gloſſ. & doctores in Clem. gratiæ, in verb. reſignaveris de reſcript. Math. Pacus de mandatis apoſt. p. 8. n. 16. ſimiliter homicidum & quævis irregularitas extinguit mandata & nominationes, & quaſvis expectativas & jus ad rem, non autem jus realiter quæſitum, ut vult Molin. ad regul. de infirm. n. 397. ubi etiam dicit quod nominationes non convaleſcunt per abſolutionem Papæ.

# DE MANDATIS APOSTOLICIS.

## SUMMÆ RERUM.

1 *Epiſcopatuum proviſio ad quem ſpectet.*
2 *Decreti liber quando editus.*
3 *Mandatorum origo.*
4 *Epiſcoporum carnalis affectus.*
5 *Executor duplex.*
6 *Literarum triplex forma.*
7 *Litera gratiæ.*
8 *Literæ juſtitiæ.*
9 *Litera cum ſecundum.*
10 *Literæ in forma communi.*
11 *Literæ dignum arbitramur.*
12 *Literæ facultatis.*
13 *Literarum facultatis vis.*
14 *Literæ rationi congruit.*
15 *Literæ ſi neutri.*
16 *Mandatis pluribus Eccleſia non gravatur.*
17 *Clauſula, ſi pro alio.*
18 *Numerus pluralis in ſingularem.*
19 *Mandatorum gravamen in Gallia.*
20 *Gratia tertia quando effectum habeat.*
21 *Clauſula optionis.*
22 *Mandatarius primum vacans acceptat.*
23 *Reſcripti verba expendenda.*
24 *Clauſula Decreti.*
25 *Pœna contra ignorantes nulla.*
26 *Annullatio actus an pœna.*
27 *Clauſula anteferri.*
28 *Celeſtini Papæ imprudentia.*
29 *Clauſula motu proprio.*
30 *Motus proprius quando nihil operetur.*
31 *Motus proprius inferioris.*
32 *Motus proprius non præſumitur.*
33 *Mandati forma apud Gall.*
34 *Forma mandati an ſubſtantialis.*
35 *Clauſulæ à Gallis non receptæ.*
36 *Mandatum generale eſſe oportet.*
37 *Exprimenda in mandatis.*
38 *Ignorantia an excuſet à ſurreptione.*
39 *Conjectura ſurreptionis.*
40 *Mandatum an tribuat jus ad rem.*
41 *Aficitur multis modis beneficium.*
42 *Mandatariis concurrentibus quis præferatur.*
43 *Hora inducit prioritatem.*
44 *Impetrans poſterior, quando præferatur.*
45 *Negligentia quando impetranti imputetur.*
46 *Beneficia mandatis non comprehenſa.*

47 *Beneficia novè creata.*
48 *Suppreſſa beneficia.*
49 *Monoculum beneficium.*
50 *Relativum aliquo.*
51 *Regularia regularibus, & cætera.*
52 *Mandata quando expirent.*
53 *Papa revocat gratias.*
54 *Mandata an morte Papæ revocentur.*
55 *Fulminare proceſſum.*
56 *Renuntiatio quando in manu ſuperioris.*
57 *Renuntiatur tacita gratia.*
58 *Galli mandata generalia recipiunt.*
59 *Mandatarius vacans acceptat.*
60 *Litigioſum beneficium nemo acceptare tenetur.*

## Caput V.

INITIO naſcentis Eccleſiæ, Epiſcopatuum proviſio ad ſolum Roma. Pontif. [a] pertinuit, 1 *Epiſcopatuum proviſio ad quem ſpectet.* qui ſumma ratione, eam non multo poſt tempore, tranſtulit in collegia ſingula Cathedralium Eccleſiarum. [b] De inferioribus verò ſacerdotiis, Epiſcopi ſoli diſponebant liberè, [c] quos nec premere, nec gravare in beneficiorum collatione, veteres pontifices voluerunt. Eccleſiaſticum ordinem confundi, rati cùm ſua unicuique Epiſcopo juriſdictio, & authoritas, non ſervatur. [d] Unde nec beneficia conferebant, nec jus tribuebant ad vacatura, tum ne Epiſcopis inferrent injuriam, [e] tum ne ad alterius mortem captandam, hoc prætextu anſam præbere viderentur. [f] Qua in ſententia diutiſſimè permanſerunt. Nam anno 1150. mandatorum uſum prorſus incognitum fuiſſe, conjectura ducimur. Quod in decreti libro 2 *Decreti liber quando æditus.* (quod circiter eum annum à Gratiano monacho æditum perhibetur;) [g] nullæ ſimiles gratiæ legantur. [h] Excreſcente verò hominum cupiditate, Pontif. Romani, ineundæ (ut

a c. omnes xxij. diſt.
b c. ſi. xvj. q. vij. Panor. c. cùm Eccleſia vulterana de elect.
c Glo. c. quamquam de elect. in vj.
d c. pervenit xj. q. iij.
e Panor c. olim in fi. de verbo. ſig.
f c. j. ij. iij. & ca. poſt electionem de conceſſ. præben.
g Gl. c. poſt appellationem §. forma ij. q. vj.
h Io. and c. duobus de reſcript. in vj.

nonnulli putant, ) [a] rationis ſtudioſi, qua rem anguſtam domi juvarent, concedere
3 mandata cœperunt, taxationes conſtituentes, per quas & taxatis literis, & æſtimatis ſacerdotiis, quæ ipſi vacantia contuliſſent, aut promiſiſſent vacatura, certum caperetur inde vectigal. Nos verò aliam rationem originis mandatorum fuiſſe dicimus: cùm enim
4 Epiſcopi, conſanguineorum aut alio carnali affectu obcæcati (quo morbo vetere, gravi, & periculoſo, antiſtites noſtri nondum levati videntur: ) [i] poteſtate conferendi beneficia abuterentur, indignos idoneis præferentes, [k] ſacriſque ordinibus à ſe initiatos injurioſè repellentes, [l] cœpit admonere Papa primum Epiſcopos, ut idoneos Eccleſiis præficerent, [m] præſertim quos ad ſacros ordines, ſine titulo promoviſſent. [n] Nonnunquam certam perſonam exprimens, quam ob inſignem virtutem, ſingularem eruditionem, aut collatum aliquod in Romanam ſedem meritum, hoc præmio remunerare juſtum putabat. [o] Deinde ſi cunctabantur ordinarii, ſcribebat eis ſummus Pontifex præcipiendo, ut deſignatæ perſonæ conferrent, creſcentéque Epiſ-
5 coporum pervicacia exequutores deputabat, qui vel collatores cogerent, & hi ad compellendum dicti, [p] vel conferrent ipſi, & hi ad providendum appellati, [q] Hócque colore mandata de providendo quæ apud majores, patréſque noſtros non fuerunt, in Eccleſiam
6 Chriſtianam irrepſiſſe mihi videntur. [r] Inde tres illæ literarum formulæ, in pontificio jure frequentatæ, monitoriæ, præceptoriæ, & exequutoriæ. [ſ] Ex quibus duæ primæ (præterquam cum pro receptione monialis Papa

*Mandatorum origo.*

*Epiſcoporum carnalis affectus.*

*Monitoriæ literæ.*

*Executoriæ.*

a Polido de inven. rer. lib. viij. c. ij.

i Cl. c. pervenit. j. q. iij.

k c. grave de præb.

l c. accepimus de ætat. & qualit.

m c. cùm ex eo de elect. in vj.

n c. ij & c. Epiſcopus de præb. d. c. accepimus.

o c. cùm dilectus de cleri. non reſi. l. juriſperitos in prin. ff. de admi tuto.

p c. ſi capitulo ubi gl. de conceſ. præb. in vj.

q c. abbatem. de reſcr. c. propoſuit. de conceſ. præb. d. c. ſi capitulo.

r Panor. ca. poſtulaſti. iij. not. de reſcrip.

ſ c. conſtitutus c. ex inſinuatione c. capitulum c. mandatum c. literis de reſcrip.

ſcribit ) [t] ab aula receſſerunt, ſolæque ſunt in
uſu exequutoriæ, [u] quæ literæ gratiæ dicun- 7
tur. [x] quod ex mera Romani Pontificis gra- *Literæ gratiæ.*
tia, & liberalitate, procedant. [y] Juſtitiæ li- 8
teræ tum appellatæ, cùm pro pauperibus cle- *Literæ*
ricis ab Epiſcopo ſine titulo ordinatis Papa *juſtitiæ.*
reſcribit, [z] quod & æquum, & juſtum ſit,
ſacris initiatum, & ſine certo titulo clericum,
à ſuo Epiſcopo beneficium conſequi. [a] Eúnque ut dicit Apoſtol. [b] Qui altario ſervit, de
altario vivere. Cùm autem in ea conſtitutio-
ne, quæ incipit, cum ſecundum,[c] hæc ſenten- 9
tia relata ſit, factum eſt, ut hæ literæ in for- *Literæ cum ſe-*
ma cum ſecundum, interdum appellentur, [d] *cundum.*
nonnunquam verò in forma pauperum, prop-
terea quòd eo modo pro pauperibus duntaxat
clericis reſcribantur. [e] Aliquando in forma 1
communi, [f] & quandoque in forma ſpeciali,
[g] ut aulicis placet. Sanè ubi non in pauperta-
te fundatæ ſunt literæ, ſed ex mera conce-
dentis gratia profectæ, ſub conditione tamen,
ſi impetrans idoneus repertus ſit, [h] vocantur
in forma, Dignum arbitramur, [i] cujus in 11
Gallia nullum eſſe uſum, moderni teſtantur.
[k] Quòd ſi ſuper beneficiis reſervatis, vel alia
ratione ad curiam devolutis, literæ dirigan-
tur. Ordinariis ut idoneis perſonis conferre
poſſint. [l] Literæ facultatis dicuntur. [m] Inter
quas, & ſuperiores, longa eſt differentia: hæ 12
enim favorabiles ſunt, [n] ut quæ Eccleſiam non *Literæ facultatis.*
gravent, ſed magis ad primarium jus Epiſco-
pum reſtituant. [o] Quarum virtute ideo recep-
tus, non apoſtolica, ſed ordinarii authorita-
te, admiſſus intelligitur. [p] Illæ verò ambi-
tioſæ, & odioſæ ſunt, [q] Eccleſiam admodum
gravantes. [r] Ex quibus receptus aut authoritate
Apoſtolica

t Panor. d. c. ex inſinuatione.
u Panor. d. c. conſtitutus & d. c. capitulum.
x c. tibi qui de reſcri. c. ſi ſuper gratia de off. deleg. c. ſi pluribus & c. quamvis de præb. in vj. d. c. mandatum.
y Cle. gratiæ ubi gl. de reſcrip. Panor. c. ſedes col. ij. eo tit.
z Lap. alleg. lxxix.
a c. ij. & c. Epiſcopus de præb.
b 2. ad Corinth. 9.
c c. cum ſecundum de præb.
d Pan. d. c. poſtulaſti.
e c. ſi pauper. & c. ſi pro clericis de præb. in vj.
f d. c. poſtulaſti.
g Rot. cvj. in no. 463. in Ant.
h Cle. un de offi. dele. cle. j. de conceſſ. præb.
i Rot. 631. in Ant.
k Rebuff. in for. mand. Apoſt.
l c. dudum c. quamvis ij. de præb. in vj.
m c. cum aliquibus de reſcrip. in vj. c. ſi cui. de præb. eo lib.
n dic. ſi cui. Arch. conſi. cxxxj.
o c. ab exordio xxxv. diſtin.
p d. c. cum aliquibus.
q c. quamvis j. de præben. in vj.
r Gl. d. c. cum aliquibus Panor. c. olim. in fi. de verbo ſig.

apoſtolica aſcitus intelligitur. [f] Atque ideo data temporis paritate, quia utraque proviſio, eadem die facta reperiatur, & neutro poſſidente, Apoſtolicus impetrans nominato per literas facultatis, ſine controverſia præferretur.
13 [t] Licet ubi nominatio per literas facultatis, apoſtolicam proviſionem præcederet, diverſum dici debeat. [u] Expediuntur porrò
14 nonnunquam literæ, in forma, rationi congruit, à Papa ſucceſſore, de beneficio impetrato à prædeceſſore, à quo ſola ſignatura fuerat obtenta. [x] Cùm enim ſola Papæ voluntas perficiat gratiam: [y] ideoque non expiret, morte Romani Pontifi, ante bullarum, ſeu literarum expeditionem contingente: [z] rationi certè congruit, & honeſtati, ut ſucceſſor exequatur, quæ de gratia prædeceſſoris proceſſerunt. [a] Denique ſi duo de beneficio contendant, exiſtiméeque tertius, nullum ex his litigatoribus, jus habere in beneficio,
15 à Papa impetrare poteſt, ut ſi neutri jus in eo quæſitum ſit, ſibi conferat. Quæ gratia ideo ſi neutri, aut (ſi tres fuerint litigatores,) Si nulli, appellatur: nobis ſanè, uſitatiſſima. In qua cùm nova proviſio ſit, novum tribuens titulum beneficii qualitas, vacationis modus, & generaliter omnia exprimenda ſunt, quæ Papam ad concedendum, vel movere, vel retardare poſſunt. [b] At vero hæ duæ literarum formæ, Rationi congruit, & ſi neutri, licet gratiæ ſint, [c] non tamen expectativæ dici poſſunt: cum de vacante beneficio concedantur. Inter gratias autem ad vacatura, & ad vacantia, plurimum intereſt. [d] Ne autem collatores ordinarii mandatis de providendo, nimium premerentur, declararunt

*Literæ rationi cõgruit.*

*Literæ ſi neutri.*

f c. hi qui in fi. de præben. in vj.

t c. ſi à ſede eod. tit. & c. hi qui.

u Ancha. conſi. ccxv.

x Reg. Cancell. viij.

y Cald. c. quiſquis de elect. in vj.

z Parorm. c. in noſtra col. fi. de reſcrip.

a l. cùm à matre. C. de rei vend.

b Rot. cc xxxviij. in no. Felyn. d. cap. in noſtra num. xvij.

c Gl. cle. gratiæ de reſcri. Pan. c. ſedes eo. tit.

d c. fi. ſuper gratia de off. delegati in vj. glo. & doct. c. cum qui, & c ſi cui de præb. eod. lib.

Roman. Pontifices, ſe nolle eandem Eccle-
ſiam pluribus mandatis gravare, [e] Ideo ſolita 16
inſeri gratiis clauſula. Si pro alio ibidem non
ſcripſimus. Quæ tametſi adjecta non ſit, exau-
dienda eſt. [f] Et effectum habet, licet plurali
numero Papa uſus ſit. Si pro aliis, &c. Et pro
uno tantum eum antea ſcripſiſſe conſtet. [g] 17
Cum utrobique ſit eadem ratio, [h] ne videli-
cet duobus mandatis Eccleſia prægravetur. Et
numerus pluralis, ſi non ſubſit rationis diver- 18
ſitas, in ſingularem reſolvatur. [i] Ergo vim
ſuam perdit hæc clauſula, ſi primus impetrans,
(citra beneficii aſſequutionem,) gratia ſua
excluſus fuit per adeptionem puta ſecundi in-
compatibilis, [k] renuntiationem mandati, [l] aut
ejuſdem factam, à concedente revocationem.
[m] Cùm ceſſet ratio. Neque enim per primam
gratiam Eccleſia gravata fuit, & verba cum
effectu accipienda ſunt. [n] Quocirca in Gal- 19
lia crediderim, adverſus collatorem ordina-
rium habentem collationem quinquaginta be-
neficiorum, & ultrà, qui ex Concordati lege,
duobus tantùm mandatis gravari poteſt, [o] ter-
tiam gratiam effectum habere, ſi primæ vires 20
evanuerint. [p] Cùm priores dici non poſſint,
[q] nec impedimentum præſtare debeant, quæ
viribus caruerunt. [r] Adjici quoque ſolet man- 21
datis, clauſula optionis. Conferas, quod du-
xerit acceptandum. [ſ] Quæ efficit, ut manda-
tarius ex pluribus beneficiis, ſimul vacanti- 22
bus pinguius eligeret, [t] & qui primum bene-
ficium, (citra fraudem vacans,) [u] quantum-
vis exiguum, alioqui acceptare tenebatur, [x]
non ſibi præjudicet, quin omiſſo primo ſecun-
dum acceptare poſſit. [y] Niſi clauſula, certi
temporis determinationem habeat. Veluti,

*Mandatis pluribus non gravatur Eccleſia.*

*Mandatorum gravamen in Gallia.*

*Mandatarius primo vacans acceptare cogitur.*

e c. mandatum c. literis & c. abbatem de reſcr.

f c. ex parte j. de off. deleg. d. c. mãdatum in fi.

g Gemin. c. quamvis j. de præb. in vj.

h c. prudentiam §. adjicimus ubi Dec. de offic. deleg.

i l. Publia §. fin. ff. de condit. & demonſt.

k Cle. gratiæ de reſcri.

l c. ad audientiam ij. de reſcrip.

m capi. quamvis eo tit. in vj.

n l. j. §. hæc autem ff. quod quiſque jur. c. relatum de cler. non reſi.

o §. j. de manda. Apoſt. in concord.

p Reb. d. §. j.

q ca. factus vij. q. j. glo. c. cum noſtris de conceſ. præben.

r l. ſi dari ff. de verbo. obl. ca. non præſtat. de reg. jur. in vj.

ſ c. j. de conceſ. præben. in vj.

t c. ſi pluribus de præb. in vj.

u c. ij. de renun. eo. lib.

x c. ſi clericus, & c. mandato de præ. in vj.

y Rot. xxxvij. in Ant.

conferas beneficium quod intra menſem, à vacationis notitia, duxerit acceptandum. Quo caſu, quia ad tempus permiſſum, poſt tempus prohibitum intelligitur: [z] poſt menſem beneficium adhuc licet vacans, non poterit optare. [a] Si tamen acceptationi, & poteſtati executoris, ut in ſpecie propoſita tempus adjiciatur. [b] Secus ſi inhibitioni, & decreto, [c] veluti quia mandetur provideri Titio, de beneficio, quod duxerit acceptandum, inhibendo, ne intra menſem poſtquam de vacatione ei conſtiterit, aliquis de illo, quacunque authoritate

23 diſponere præſumat. [d] Et ita inſpici diligenter oportet reſcriptorum verba. [e] In dubio tamen, ſi conſtet de acceptatione, præſumetur intra menſem facta. [f] Eſt & clauſula Decreti irritantis, mandatis adjici ſolita. Cujus

*Reſcripti verba ponderanda.*

24 tanta eſt vis, & poteſtas, ut inſerta literis à Papa, [g] aut ab ejus exequutore, [h] beneficium afficiat, [i] ligétque collatorem, etiam ignorantem. [k] Nec tantùm inferiorem, [l] ſed etiam Papam ipſum, & ejus exequutores, ſi non aliud exprimatur. [m] quantum tamen ad rem ipſam, hoc eſt beneficium, ut in contrarium facta ejus collatio non teneat, non item quantum ad pœnam, [n] qua contemnentes exequi

*Clauſula decreti.*

25 mandatum affliguntur: [o] de qua alii [p] alibi copioſè tractant. Cùm pœnæ adverſus ſcientes duntaxat paratæ ſint, [q] nec obſtat, quòd

26 annullatio actus, pœna dicatur. [r] hoc enim larga quadam appellatione recipitur. [ſ] Propriè autem, irritatio actus non eſt pœna, [t] quæ tunc ſignificanter dicitur, cùm corporalis,

*Annullatio actus an ſit pœna.*

27 vel pecuniaria imponitur. [u] Uſitata eſt præterea mandatis, clauſula Anteferri, qua prærogativam conſequitur impetrans, ut contra na-

*Clauſula anteferri.*

z l. ſi ita quis ff. de vulg.
a Glo. cle. un. de conceſ. præ. Rot. 192. in Ant.
b d. cle. un.
c Glo. d. cle. uni.
d Geminia. cap. tibi qui col. ij de reſcript. in vj. Glo. d. cle. unic.
e c. porrò de privileg.
f Rot. xciij. in Ant.
g d. c. tibi qui.
h c. j. § ex parte, & ca. ſi. ſoli ad fin. de conceſſ. præb. in 6.
i d. c. tibi qui & d. c. j.
k c. dudum & cap. pe. de præb. in vj. c. ſi eo tempore de elect. eo. lib.
l d. c. ſi eo tempore.
m ca. pe. ubi Gemi. in fi. de præb. in vj. d. cle. un. de conceſſ. præben. d.
n Glo. cle. volente de conceſſ. præ.
o c. prudentiam § adjicimus de offic. deleg. c. dilect. ij. de præb. in vj.
p Reb. tract. no. q. 19.
q l. fi. ff. de decret.
r l. ſenatus ff. de contrahend. emp. c. ſi religioſus de elect. in vj.
ſ Innocen. c. ſi vero de ſent. excom
t l. ejus qui ff. de juriſ. fiſ.
u Fely. c. ij. de conſti. Inno. d. c. ſi verò.

turam literarum, ad beneficia [x] prioribus in
data, qui tamen non acceptaverunt, [y] quibuſ-
que à Papa, canonicatus collatus non eſt, [z]
præferatur, [a] non quidem expectantibus au-
thoritate concedentis, ſed prædeceſſorum. [b] 28

*Celeſtini imprudentia.*

Et ita adverſus imprudentiam Celeſtini Papæ
curiæ Romanæ uſus recepit, ut ejuſmodi clau-
ſulam, contra expectantes authoritate præde-
ceſſorum, non propria Papa concedat. [c] De
qua ſcriptores alibi pleniſſimè dicunt. [d] Solet
denique inferi mandatis clauſula motu pro- 29

*Clauſula motu proprio.*

prio, omnem habens virtutem, & effectum,[e]
pleniſſimámque interpretationem recipiens.[f]
Reſpectu tamen eorum, quæ in jure expreſſa
leguntur, Veluti: ut impetrantem à ſurreptio-
ne excuſet. [g] Nam contra jus commune [h] aut
præter, hoc eſt reſpectu eorum, quæ lege ex-
preſſa non ſunt, [i] clauſula motus proprii nihil
operatur. Unde nec tollit jus tertii, [k] cui quan- 30

*Motus proprius quando nihil operetur.*

tumvis modico princeps præjudicare velle non
præſumitur. [l] Nec incapacitatis diſpenſatio-
nem inducit, [m] Cùm Papa diſpenſare non
credatur, niſi id exprimat nominatim. [n] Sed
nec motus proprius inferioris à Romano Pon- 31

*Motus proprius inferioris Papæ.*

tifice ſurreptionem aufert. [o] Etiam legati à la-
tere, [p] (tamet ſi noviſſimi contra.) [q] Cùm
jura ubique de motu proprio Papæ loquantur,
[r] atque ita reliquos tacendo excludant. [ſ] Et
generaliter traditum ſit, taciturnitatem obten-
ti beneficii, legati collationem vitiare, [t] lega-
tique poteſtas ſit extraordinaria, ordinariis
graviter præjudicans, unde reſtringenda [u] 32

*Motus proprius non præſumitur.*

ad hanc clauſulam. Poſtremò notandum, mo-
[illegible] proprium, literis non expreſſum, non
[illegible] [illegible]imi, [x] ſed magis credendum, ad partis
poſtulationem, literas emanaſſe, [y] niſi geni-

x c. capitulum de reſcr. c. cum cui de præb. in vj. & d. c. tibi qui.
y Roc. 640. in Aut.
z c. ſi clericus §. verum de præb. in vj. Fely. d. c. capitulum col. vij.
a c. quamvis de reſcr. in vj. d. c. pe.
b c. authoritate de conceſ. præb. in vj.
c Geminia d. c. pe. j. q. de præb. in vj.
d Fely. d. c. capitulum Card. conſi. cxxxvij.
e Cle. ſi Romanus ubi Card. iij. q. de præb.
f c. ſi pluri. c. ti. in vj.
g c. ſi motu proprio e. tit.
h Glo. cle. per litteras de præb.
i Panorm. ca. quia circa de conſang. & affi.
k Pan. & alii c. cauſam quæ ij. de teſt.
l c. quamvis de reſc. in 6. glo. c. cum olim. de conſuet.
m Glo. dic. cle. ſi Rom.
n c. non poteſt de præb. in vj.
o Archi. & cæteri d. c. ſi. motu proprio.
p Gl. §. item quod in i- verſitates de collat. in prag.
q Rebuff. in for. manda. xxix. effectu.
r d. c. ſi motu d. cle. ſi Romanus.
ſ l. cū prætor. ff. de jud. c. nonne de præſump.
t c. ſi. de offi. leg. in vj. cle. ii. de off. ordi.
u Glo. d. cle. ſi, Panor. c. ſi quis contra ij. not. de foro [illegible]
x [illegible]
y l. j. de petit. [illegible] lib. x. C.

natæ ſint, [z] aut impetrantis benemerita præceſſerint. [a] aliiſque certis caſibus, quos alibi docto. plena manu congeſſerunt. [b] Et hæ ſunt præcipuæ reſcriptorum Clauſulæ, quæ ut & aliæ infinitæ, pro aulicorum captu, & induſtria excogitatæ, varias mandatis dederunt formas. [c] Neque enim certam lex præſcripſerat, [d] inde autem cum lites paſſim obo-
rirentur, & jurgia implacabilia: exoratus Leo
33 *Mandati forma apud Gallos.* Papa à Franciſco Galliarum Rege, ut obviam litibus iretur, [e] Gallis certam mandati formam conceſſit. [f] Quæ an ſubſtantialis ſit, ut ab ejus
34 verbis nullatenus diſcedi poſſit, an verò exemplaris, diu, anxiéque, quæſitum eſt. Adeò quidem, ut principes conſulti, diverſa reſponderint: Clemens enim pontifex, [g] exemplarem, Franciſcus verò Rex Galliarum [h] ſubſtantialem, & neceſſariam eſſe voluit. Quo jure
35 *Clauſulæ in Gallia, non receptæ.* nos utimur. Neque enim mandatum, clauſulas in mandati forma non expreſſas, ut optionis, anteferri, & Decreti, irritantis, continens, in Gallia recipitur. [i] Idemque ſi aliud non præſcriptum comprehenderet, veluti, quia crearet canonicum, ſub expectatione præbendæ: cùm ex jam dicta forma, de canonicatu & præbenda, aut de alio beneficio vacaturo, mandetur duntaxat provideri, nec canonicatus ſimpliciter conferatur, ſed tantùm ad effectum obtinendi dignitatem. [k] Aut ſi particulare eſſet mandatum, ad dignitates puta, præbendas, beneficia curata. Aut aliam
36 *Mandatum generale eſſe debet.* certam ſpeciem beneficiorum. Mandatum enim generale, ad omnia beneficia, communes Regis & Pontificis pactiones eſſe voluerunt: [l] ut captandæ mortis votum tollatur. [m] Quod magis induci conſtat, ex expreſſa, &

z §. & hoc verò jubemus ut nul. jud. col. ix.
a l. ſi verò §. idem Papi ff. manda.
b Alexan. Jaſ. Dec. l. iij. ff. quod quiſque jur.
c Gemi. c. ſi ſoli. de conceſ. præb. in vj.
d Ancha cle. j. eo. titu
e §. j. de manda. Apoſt. in concor.
f For. mand. Apoſt. in Concord.
g Clemens. vij. Anno. iij. Pontificatus vj. id. Januar.
h Franciſcus rex Francorum hanc declarationem fecit xxix. Martii 1527.
i Ord. Lud. xij. arti. 7 in poſterioribus.
k d. forma mandati.
l d. forma mandati.
m Declaratio Regis hac ratione utitur.

particulari beneficiorum diſtinctione : cùm
unum vel minimum beneficium, citra frau-
dem [n] primò vacans, mandatario debitum,
gratiam extinguat. [o] Nec prædictis obeſt Cle-
men. vij. declaratio, cùm enim formam hanc
dederint communia Regis & Pontificis pacta.
[p] Principéſque contractu obligati ſint. [q] Non
potuit Pontifex ſine Rege, à forma data rece-
dere : [r] nec contractum Leonis prædeceſſoris
legitimum revocare. [ſ] Quæ verò in mandatis 37 *Exprimenda in mandatis.*
exprimi oporteat, ne gratia ſurreptitia redda-
tur, Doctor. alibi fuſiſſimè tractant, [t] nos il-
lud generale non omittimus, quò omnes penè
particulares caſus continentur. Exprimenda
non tantum ea eſſe, quæ Romanum Ponti-
ficem ad concedendam retardare poſſunt, [u]
aut difficiliorem reddere. Sed etiam quæcun-
que lege nominatim caventur. Tametſi eo-
rum expreſſione non valde concedens movea-
tur, [x] ut beneficium minimum, [y] niſi proba-
bilis ignorantia impetrantem excuſet, [z] ne 38 *Ignorãtia excuſata ſurreptione.*
alioqui detur prætextus ordinario, modicum
beneficium abſenti conferendo, mandati vim,
& Papæ collationem impedire. [a] Nec obſtat,
quod ignorantia numeri canonicorum, non
juvet impetrantem : [b] hoc enim ideo. Quia
præjudicium tertio, nempe canonicis irroga-
retur. [c] Quoniam autem jus ipſum non præſ-
cripſit qualitates, quibus moroſior, & diffici-
lior princeps reddi poteſt, recurrendum docet
Lappus [f] ad conjecturas, quæ vel ex principis
conſuetudinæ, [g] (an aliàs ſcilicet, non idem 39 *Conjecturæ ſurreptionis.*
concedere voluerit, aut conceſſerit, ſed diffi-
culter) vel ex curiæ Romanæ ſtylo, [h] quem
jus facere receptum eſt, [i] deſumendæ ſunt.
aut cui à Papa canonicatus collatus eſt. Impe-

n c. ij. de renun. in vj.
o c. ſi clericus & c. mãdato de præb. in vj.
p d. forma mand.
q c. ij. de probatio.
r l. ab emptione ff. de pact. l. vj. C. quand. lic. ab empt.
ſ c. fin. ne prælat. vices ſuas & d. c. j.
t Felyn. c. in noſtra. de reſcript. Rebuff. in for. mand. verſi. gl. pro expreſſis.
u c. poſtulaſti de reſcr.
x Gemin. c. dudum col. pen. de præb. in vj.
y c. ſi proponente de reſcrip. c. ſi motu de præben. in vj.
z c. gratia. ubi doct. de reſcript. in vj.
a Pan. Felyn. & alii c. ſuper literis de reſcri.
b c. conſtitutus eod. tit.
c Doct. d. c. ſuper literis.
f Lap. alleg. lxxxix.
g l. vel univerſorum ff. de pign. act. l. ſi ſervus plurium §. final. ff. de legat. j.
h Felyn. d. c. ſuper literis Lap. d. alle. lxxxix.
i c. ex literis de conſti. c. literis de jur. cal. cap. quam gravi de cri. falſ.

40 tratum porrò mandatum, nullum jus ſpirituale tribuit impetranti,[k] nec in re, nec ad rem,[l] niſi in canonicum recepto.[m] Sed acquirit duntaxat poteſtatem implorandi officium executoris, ut occurrente beneficii vacatione provideat,[n] aut faciat per ordinarium provideri.[o] Falluntur itaque qui per mandatum, jus ad rem quæri putant,[p] graviuſque, cùm talem vim nominationibus tribuunt.[q] Quod nos pluribus, ſuo loco oſtendimus. Unde avidus lector, quod etiam ad hanc rem pertinet, ſe poterit explere. Mandatum præterea non afficit beneficium, nec impedit, quominus facta ab ordinario, alteri quàm impetranti collatio valeat.[r] Licet collator Roma. Pontificis authoritatem ſpernens, graviſſimis pœnis ſit mulctandus,[ſ] quas recentiores[t] accurratè proſequuntur. Niſi præcedat inhibitio executoris,[u] aut inſinuatio executoris dati ad providendum.[x] Multo magis igitur collatoris manus ligarentur, ſi Papa rectâ & expreſſim, ordinario mandaret, ne alteri conferret beneficium.[y] Si enim facta adverſus executoris mandatum collatio nulla eſt:[z] multò magis contra ipſius Papæ præceptum,[a] & ut geſta contra legem ſcriptam, nullius momenti ſunt,[b] ita contra præceptum principis qui lex ani-

41 mata eſt in terris.[c] Cujuſque placita legis vigorem habent,[f] rurſus afficeretur dubio procul beneficium, ſi inſerta eſſet mandato clauſula Decreti.[g] Aut impetrans ſub expectatione præbendæ, in canonicum jam receptus eſſet,[h] vel etiam mandatum ei dirigeretur, qui conferendi beneficia (niſi in vim hujus gratiæ) poteſtatem non haberet:[i] tùmque, quia formam, & tenorem mandati, (cujus

*Mandatum nec jus ad rem tribuit.*

*Afficitur multis modis beneficiũ.*

k Gloſ. c. ad audientiam ij de reſcript.
l Gl. §. volens itaque de collat in pragm.
m c. pen. de præb. in vj c ſi. de conceſſ. præben. eod. lib.
n c. poſtquam de præb. eod. libr.
o Gloſ. c. veniens de renunt.
p Rebuff. in for. manda Gl. pro expreſſis.
q Rebuff. tracta. no. q. iiij.
r c dilectus ij. de præ
ſ c. prudentiam § adjicimus de offic. deleg. c. ſi ſoli de conceſſ. præb. in vj.
t Rebuff. tract. no. q. x.
u c. ſi ſoli. de conceſſ. præb. in vj.
x c. j. §. ex parte eod. tit.
y Panor. d. c. dilectus in fin.
z d. c. ſi ſoli.
a Auth multomagis C. de epiſ. & cler.
b l non dubium. C. de leg.
c §. ſi. de conſul. coll. iiij.
f l. 1. ff. de conſti. princ.
g c. tibi qui de reſcrip. in vj d c. j. §. ex parte & d c ſi ſoli.
h c dud in & d c. ſi poſtquam de præb. in vj. d c. ſi ſoli. in fin.
i Panorm. d. c. dilectus

fines diligenter cuſtodiendi ſunt: [k] ) collator
negligere, excederéve non poteſt. [l] Porrò 42
autem concurrentibus pluribus mandatariis,
ejus cauſa prævalet, qui primo impetravit, [m]
reſpectu etiam unius momenti vel horæ, ſi de
eo conſtet. [n] Et quanvis impetrans ſecundus
primo præſentaverit, priuſquam in canoni- 43
cum fuerit receptus, [o] ut vera ſit regula. Qui
prior eſt tempore, potior eſt jure. [p] Nam
etiam ratione horæ actus altero prior eſſe di-
citur. [q] Sunt fateor certi caſus, quibus impe-
trans ſecundus præfertur primo. Veluti ſi
clauſulam Anteferri, de qua ſupra ſatis mul-
ta diximus, literæ ſuæ contineant. [r] Aut ex 44
perſona tertii impetrantis, ſecundus hoc jus
prælationis nactus ſit. [ſ] Vel etiam, ſi primus
ratione ordinis beneficio annexi ſit incapax:
quia præbenda ſacerdotalis vacat, nec in ea
ætate primus exiſtit, qua poſſit ad ſacerdotium
promoveri. [t] Idémque ſi collato à Romano
Pontifice, duobus canonicatu, primus ad præ-
bendam, ſecundus ad præbendam & dignita-
tem perſonatum, vel officium mandatum ha-
beat, & præbendam vacare contingat digni-
tati, perſonatui, vel officio annexam, [u] ut ra-
tione unionis conſequatur, quod principaliter
non poſſet obtinere. [x] Denique ſi primo im- 45
petranti notabilis negligentia imputari poſſit,
præfertur ſecundus: [y] Et licet certos caſus
ſcriptores deſignent, quibus primus negligens
dici poteſt, [z] magis tamen puto id omne, ju-
dicis arbitrio dirimendum. [a] Sed videndum,
quæ beneficia ſub mandatis de providendo, 46
includantur: & conſtat omnia, quæ nomina-
tim excepta non reperiuntur, comprehendi.
[b] Cum gratiæ dentur ad beneficia: & bene-
ficii

*Hora inducit prioritatem.*

*Impetrans ſecundus quando præferatur.*

*Negligens quando impetrans dicatur.*

*Beneficia quæ mandatis includantur.*

k l. diligenter ff. mandat.
l c. cum dilecta. de reſcript. c. venerabili de offic. deleg.
m c. eum cui & c. quia ſæpe. de preb. in vj. c. tibi qui & c. duobus de reſcrip. eo. lib.
n Gloſ. d. c. duobus.
o d. c. tibi qui d. c. eum cui.
p c. qui prior. de regul. jur. in vj.
q Accurſ. l. ſi ex pluribus §. fin. ff. de ſolut.
r c. quanvis de reſcript. in vj. c. pen. de præb. eo. libr.
ſ c. pen. de conceſ. preb. in vj.
t c. ei cui. de præbend. in vj.
u d. c. quia ſæpe.
x cap. ſuper eo. de preb. in vj.
y c. ſi clericus de præb. in vj. d. c. tibi qui in fi.
z Fely. c. capitulum col. iij. de reſcript.
a l. j. ff. de jur. deliber. Card. cle. un. §. ſi. iij. q. de conceſ. præb.
b c. mandatum de reſcrip. Doct. c. dilect. ij. de præb.

ficii verbo omnia contineantur. [c] Excepit autem cum primis lex dignitates electivas, [d] rurſus beneficia patronata laïcorum. [e] Cum non præſumatur Roman. Pontif. juri patroni laici derogare velle: [f] Quod pluribus Felyn. comprobat. [g] Idque ne laici à fundatione Eccleſiarum retrahantur. [h] Nec diſſi-

47 *Beneficia nove creata.* mili ratione dici poteſt, excepta quoque beneficia, creata poſt datam literarum, [i] ne Chriſtiani videlicet à beneficiorum fundatione revocentur: ſi intelligant ea ſimulatque creata ſunt, impetrantibus deberi. [k] Demum

48 *Beneficia ſuppreſſa.* non continentur ſuppreſſa aut de Eccleſia legitime ſublata, [l] cum morte non vacent, ut ſuo loco probatum eſt. Eadémque ratione, nec quæ de menſa prælati exiſtunt. [m] Aut præbendæ Eccleſiæ non numeratæ, in qui-

49 *Beneficium monocu.ii.* bus ſimiliter non cadit vacatio. [n] Deinde non comprehenduntur Monocula, [o] hoc eſt ad proviſionem eorum ſpectantia, qui unius tantum beneficii collationem habent. [p] Mandat enim Papa, de beneficio aliquo provideri:

50 *Relativum aliquo.* relativum autem, aliquo, rerum pluralitatem ſupponit. [q] Præterea non includuntur regularia, ſub mandato ſecularis, aut ſecularia, ſub mandato regularis. [r] Quando ut ſæpe dixi, regularia regularibus, & ſecularia, ſecularibus,

51 bus, conferri oporteat: [ſ] non item vacantia in curia, [t] aut ex cauſa permutationis, cùm ea ſolis permutantibus debeantur. [u] ſed nec continentur in Gallia, quæ vacant per ſimplicem reſignationem, [x] aut alio modo, quàm per mortem naturalem, [y] licet de jure contra. [z] Denique beneficia ex conſuetudine Eccleſiæ, per antiquiorem canonicum optata, [a] devoluta ad capitulum, per Epiſcopi negligen-

c c.ij.de præb.in vj.gl. c. j. de reg. jur. eo.lib.
d c. cum in illis §. j.de præb. in vj.
e c.cum dilectus de jure patro.
f Lap. alleg. xcvj.
g Fely. trac. quando lit. Apoſt.
h c. decernimus xvj.q. vij gl.d c.cum dilectus.
i Cle.fi. de reſcrip.
k Glo. d. cle. fi.
l c. cum acceſſiſſent de conſt.
m Cle un. §. quædam etiam de exceſſ. præla.
n c. dilecto de præben. c. ex parte de conceſ præben.
o Glo. cle. j. de præben. Rot. ccxvj. in no.
p Rot. cclxj. in Ant.
q Glo. d. cle. j.
r §. volumus de mand. Apoſt. in Concord.
ſ c. ſuper eo. de regula. ca.cum de beneficio de præb. in vj.
t c.ij. in fin. de præben. in vj.
u c. un de re. permut. in vj.
x §. item quod omnia de colla. in prag. §. volumus eo. tit. in concord.
y Rebuf.q.xv. trac. no.
z c.ij.de renunt. in vj. c. dudum de præb. eo. lib.
a c. fi. de conſue.in vj.

tiam, [b] paternáque beneficia, ne in ſacerdo-
tiis ſucceſſio induci videatur, [c] mandatis non
includuntur. Poſtremò tractandum, quando 52
mandata finiantur, & expirent? Et conſtat
imprimis, revocatione concedentis, [d] aut ſuc-
ceſſoris, [e] gratiam extingui. Solent autem
Romæ Pontifices, in craſtinum ſuæ promo- 53
tionis, omnes gratias expectativas, à præde-
ceſſore conceſſas revocare. [f] Sola verò conce-
dentis morte non revocantur. Ubi diriguntur, 54
(ut fieri ſolet) executoribus. [g] Licet ſecus, ſi
collatoribus tantum. [h] Sed nec hoc caſu, in
regno verum eſt, mandata morte expirare,
cum per vim contractus ſub præſcripta forma
concedantur. [i] Quod cum effectu accipien-
dum eſt, [k] idque præſertim obtinere debet, ubi
ad aliquem actum proceſſum eſt, tendentem
ad effectum mandati. [l] Veluti, ſi collatus ſit 55
canonicatus, aut fulminatus, (ut dicunt) pro-
ceſſus, per oſtenſionem & præſentationem
Bullæ executori. [m] Rurſus extinguitur manda-
tum, ſi mandatarius gratiæ renunciet. [n] Licet
enim unicuique ex antiqui juris regula, his
quæ pro ſe introducta ſunt renuntiare. [o] Et
cum leges in renuntiatione beneficii, ſupe- 56
rioris authoritatem deſiderant, [p] de beneficio
poſſeſſo, aut ſaltem acceptato, non etiam de
obtinendo loquuntur. [q] Illo quippe caſu obli-
gatus eſt clericus beneficio, [r] unde ſe tali vin-
culo ſolvere niſi de conſenſu ſuperioris, ne-
quit. [ſ] Per literas verò ad beneficia, nullum
jus impetranti tribuitur. [t] (Unde ſuperioris,
cujus nihil intereſſe poteſt) authoritas, ne- 57
ceſſaria non eſt. [u] Sanè non tantum expreſſè,
ſed etiam tacitè, mandato quis renuntiare
poteſt, [x] veluti per contractum matrimonii,

*Mandatũ quomodo expiret.*

*Papa revocat gratias.*

*Fulminare proceſſum.*

*Authoritas ſuperioris in qua renũtiatione neceſſaria.*

*Renuntiatio tacita beneficii.*

b Cle. ſi de beneficio de præb. j.
c c. ij. & c. ex tranſmiſſa de fil. presby.
d c. quamvis de reſcri. in vj.
e c. ſi is & c. pe de præben. in vj. c. ſi de conceſſ. præb. co. lib.
f d. c. ſi. ubi Doct.
g c. ſi ſuper gratia de offic. deleg. in vj. c. ſi cui nulla de præb. eo. lib.
h Bal. l. mandatum iiij. oppoſ. c. mand.
i For. mand. Apoſt. in concord.
k l. j. §. ſi ff. quod quiſque jur. gl. §. j. de mand. apoſt. in concor.
l Glo. §. item voluit. d. colla. in prag.
m Gemi. c. ſi. cui nulla de præb. in vj.
n c. ad audientiam ij. de reſcrip. c. ſane c. veniens de accu.
o l. ſi judex ff. de mino. l. penul. c. de pact.
p c. admonet. c. ſi. de renun. c. denique vj. q. iij.
q d. c. ad audientiam.
r c. niſi §. verum de renun.
ſ l. legatus ff. de offic. præfect. c. non oportet vij. q. j.
t Gl. c. veniens de renun.
u d. c. ad audientiam.
x Cle. gratiæ de reſcri.

[y] aut alium actum clericatus profeſſioni repugnantem, [z] per aſſecutionem pacificæ poſſeſſionis beneficii incompatibilis, cum impetrato. [a] Pacificamque poſſeſſionem is habuiſſe videtur, per quem ſtetit quominus haberet. [b] Id autem cum in gratia, ad dignitatem, beneficium curatum, aut aliam certam beneficiorum ſpeciem recipi neceſſario debeat: [c] quando in mandato generali, ad quecunque beneficia, ſimplicis beneficii, cum
58 alio incompatibilis vacatio occurrere poſſit: conſequens eſt, apud Gallos, qui generales duntaxat ex Concordati lege [d] gratias admittunt: Clementis conſtitutioni, [e] locum non eſſe. Deinde ſi mandatarius beneficium primo loco vacans non acceptet, gratia expirat.
59 [f] Niſi in fraudem impetrantis contingeret vacatio, quia tenui beneficio renuntiatum ſit, ne pingue & opulentum moribundi ſacerdotium, impetrans conſequatur. [g] Timeque ne hoc calliditatis commento, principis liberalitas eludatur. [h] Similiter nec beneficium ab
60 alio occupatum, aut litigioſum, impetrans acceptare tenetur: [i] nec inculpandus eſt, qui ſe litibus noluit implicare. [k] Et hæc ad mandatorum introductionem dicta ſufficiant, quæ ſic tradita putamus, ut horum veſtigiis reliqua, quantumvis recondita venari liceat.

*Galli generales tantum gratias admittunt.*

*Mandatarius primo vacans acceptare debet.*

*Litigioſum beneficium non tenetur quis acceptare.*

y c j c. diverſis de cleri. conjug. [illegible]

z c. ex tranſmiſſa de renuntia c. cum renuntiatur xxiij. q. j.

a c. de multa de præb. & d. cle. gratiæ.

b c. commiſſa de elect. in vj. c. licet Epiſcopus de præb. eo lib.

c Glo §. quod ſi quis ij. de colla. in prag.

d Forma mand. Apoſt. in concord.

e d. cle. gratiæ.

f c. ſi clericus de præb. in vj.

g c. ij. de renun. eo lib.

h l. filiæ ff. ſolu. mat. l. iij. c. de repud.

i Rot. 608. in Ant.

k l. quia poterat. ff. ad Trebellia.

## SOLIER.

1 *Anno* 1150. *mandatorum uſum prorſus incognitum fuiſſe.* Nec mirum quandoquidem Adrianus IV. qui ad ſedem Apoſtolicam fuit evectus anno Domini 1154. his mandatis initium dedit, primò rogando, & poſtmodum præcipiendo; nam Avens Hugonem cancellarium Franciæ gratia donari Apoſtolica ſic

ſcripſit Epiſcopo Pariſienſi Epiſtol. 13. fraternitatem tuam pro his qui nobis chari ſunt, rogare non dubitamus, & à Cancellarius Regis Franciæ Romanæ Eccleſiæ, & nobis quantum devotus ſit & fidelis, prudentiam tuam non credimus ignorare. Inde eſt quod illum fraternitati tuæ duximus plurimum commendandum, rogantes attentius quatenus pro beati Petri & noſtrarum reverentia literarum, primum perſonatum, vel honorem qui in tua vacabit Eccleſia ei concedas; ut & ipſe noſtras ſibi preces ſentiat fructuoſas, & nos de noſtrarum precùm admiſſione gratiarum tibi exolvere debeamus actiones, Epiſcopo Pariſienſi de medio ſublato & præpoſitura Eccleſiæ Pariſienſis vacante, idem Pontifex mandavit capitulo, ut de illam cancellarium prædictum provideret Epiſtola 24. quæ ſic habet, univerſitati veſtræ præcipiendo per Apoſtolica ſcripta mandamus, & mandando præcipimus, quatenus præpoſituram quæ in Pariſienſi Eccleſia & domos quæ in clauſtro ejuſdem Eccleſiæ deinc primum vacaverint ei concedatis, ab eo tempore commendatitiæ Paparum literæ non tam prece quam juſſione conceptæ ſunt, ſed quia ordinarii plerumque tardiores in explendis ſummi Pontificis mandatis hujuſmodi ſe exhibebant, ut videre eſt in Epiſt. 109. Stephani Tornacenſis, in qua Papam Lucium pro quodam Subdiacono ſic alloquitur. Scripſit pro eo Alexander, ſcripſiſtis & vos primò & ſecundò, ſed neque preces neque præceptum veſtrum, quamvis tres præbendæ vacarent voluerunt audire. Abſit pater ut inanes ſint præces veſtræ, contemptibilis auctoritas, eluſorium præceptum,

& nunc demum tanta ſi placet virtute intonet ſuper eos majeſtas veſtra, ut qui blanditiis juvari non potuerunt imperio diſcant vinci. Superadditæ ſunt literæ executoriales, quibus Papa dabat executores, ut ordinarium compellerent, & niſi intra certum tempus mandatario conferret ipſimet conferrent unde factum eſt, ut tria paria literarum mandata hujuſmodi de providendo nuncupata continerent, monitorias ſcilicet quæ nihil aliud ſunt quam ipſum mandatum, præceptorias & executoriales. Has tres literarum ſpecies commemorat Innocentius III. regiſt. 15. Epiſt. 95. & Coraſius hic n. 6.

10 *Vocantur in forma dignum cujus in Gallia nullum eſſe uſum moderni teſtantur.* Mandatum de providendo differt à mandato in forma dignum: illud jus non tribuit ante ejus executionem, quia mandatum de providendo non habet vim proviſionis, Puteus lib.1.deciſ. 256. & non ligat manus ordinarii collatoris quominus proviſio per eum poſteà facta valeat Staphil. de mandat. de provid. §. prima igitur forma, n. 2. proviſiones autem in forma dignum ſunt gratiæ perfectæ quarum vigore, conſtito de idoneitate tribuunt, jus ita quod de poteſtate ordinaria alteri conferri non poteſt & purificata gratia per examen perinde eſt ac ſi tempore datæ fuiſſet facta collatio, Joa. Franciſc. Leo in Theſauro fori Eccleſiaſt. p. 2. cap. 2. n. 2. & ſeqq. porrò mandatum in forma dignum de vacante in Gallia nullum eſſe uſum refert auctor; hodie eſt apud nos uſu frequentiſſimum, & quæ alias in viridi obſervantia vigebant mandata ad vacatura jamdiu prorſus exularunt penitus antiquata à Concilio

Tridentino ſeſſ. 24. cap. 19. de reform.

15 *Omnia exprimenda ſunt quæ Papam ad concedendum vel movere vel retardare poſſunt.* Circa veri reticentiam & falſi aſſertionem notandæ ſunt tres regulæ ad elidendam obreptionis, vel ſubreptionis exceptionem, prima quæ Papam movere poſſunt ad facilius concedendum non veniunt neceſſario exprimenda, cap. ex literis & ibi Felin. n. 8. de reſcript. ſecunda regula. Subreptio non dicitur niſi in caſibus à jure expreſſis gloſſ. in Clem. 1. de præb. in verb. vel alteri Garc. poſt eos quos citat. p. 8. cap. 3. n. 19. & ſeqq. Tertia aſſertio falſi in non ſubſtantialibus gratiæ non viciat da qua vid. Lotter. lib. 2. q. 54. n. 15. & ſeqq.

28 *Et ita adverſus imprudentiam Celeſtini Papæ Curiæ Romanæ uſus recepit.* Is eſt Celeſtinus V. qui ab heremo ad ſummum Pontificatus apicem evectus mandatum de providendo cum clauſula anteferri conceſſit non adjecta limitatione, ad expectantes auctoritate prædeceſſorum, & non ſua ut moris erat, cap. penult. de conceſſ. præb. Sed Joan. Andreas ibi dicit quod excuſari potuit Celeſtinus, quia in principio Pontificatus ſui ſciat ſe pro nullo ſcripſiſſe, vel quod de ſtylo Romanæ Curiæ parum erat expertus & ideo paulò poſt Pontificatum abdicavit, cap. 1. de renunciat. in 6.

31 *Sed nec motus proprius inferioris à Romano Pontifice ſurreptionem aufert.* Certum tamen eſt collationem ordinarii ſurreptioni non ſubjacere, Clem. 2. de offic. ordin. quia dicitur providere motu proprio, & Eccleſiis non perſonis Cardin. in d. Clem. 2. abb. in cap. cum noſtris, n. 19. de conceſſ. præb. Felin. in cap.

aures n.15.& in cap. in noſtra Corallar.29. de reſcript. quod procedit non ſolum in gratia beneficiali', ſed etiam in qualibet alia, ut apparet ex citatis aliiſque per Garc. adductis p.8.cap.3. n.3.& ſeq. unde infertur quod quælibet licentia ab ordinario per ſurreptionem ſeu deceptionẽ obtenta erit valida quamvis obtinens decipiendo peccet, Garc. ibid. n.7. ſed quamvis collatio ordinarii non ſubſit ſurreptioni, quia ſurreptio introducta eſt contra proviſiones Papæ vel Legati, d. Clem. 2. ſubeſt tamen rationi & diſpoſitioni juris communis, Molin. ad regul. de infirm. n. 376.

35 *Sed tantum ad effectum obtinendi dignitatem.* Ex generali conſuetudine Galliæ dignitates, perſonatus & officia omnium fere Eccleſiarum Cathedralium & Collegiatarum conferri debent uni de gremio capituli ipſarum Eccleſiarum, ut dixi ad Paſtorem de benefic. lib. 1. tit. 3. alias nulla eſt collatio etiam Papæ, Ruſeus de mandat. apoſt. p. 1. n. 23. pag. mihi 9. Joan. Deſelva de benefic. p. 3. q. 49. & alii omnes noſtri. Non requiritur tamen in proviſo ſeu providendo Canonicatus realis & præbendatus, ſed ſufficit Canonicatus in herba & ventoſus quem Papa creare poſſe indictis Eccleſiis abſque expectatione præbendæ ad effectum obtinendi dignitates, perſonatus & officia hujuſmodi ſibi reſervavit, ut habetur in concordato, §. in cathedra lib. de reſervat. ſublat. Tamen licet quis non poſſit aſſequi dignitatem ex ſtatuto Eccleſiæ niſi fuerit in eadem Eccleſia Canonicus, nihilominus non prohibetur poſtmodum ſuum Canonicatum reſignare retenta dignitate: quia ſtatutum requirit dictam qualitatem ad hoc, ut dignitas

conſeratur perſonis magis dignis, & ſic parum refert quod poſtea deficiat illa qualitas canonicalis ex qua oritur præſumptio meritorum cum iſta præſumptio remaneat, Pyrrhus Corrad. in praxi benefic. lib. 2. cap. 6. à n. 47. nam qualitas ſemel appoſita diſpoſitionem implet, licet poſtea ceſſet de quo eſt gloſſ. notabilis in cap. ſtatutum in verb. Canonicus, de reſcript. in 6. Gigas in reſponſis, reſp. 12. n. 2. & n. 13. facit factum legitimè, de regul. juris in 6.

*Exprimenda non tantum ea eſſe quæ Roma-*
37 *num pontificem ad concedendum retardare poſſunt, ſed etiam, &c.* Non omnia quæ collatorem difficiliorem reddere poſſunt ſunt exprimenda, ſed illa dumtaxat quæ invehunt juris impedimentum: difficultas ex impedimento juris non ex affectu privato collatoris eſt æſtimanda, Melch. Paſtor lib. 2. tit. 4. n. 5. nam ut ait Molin. ad regul. de infirm. n. 365. in jure cauſarumque deciſione, non quod Papa vel legatus facit, vel facturus erat, ſed quod facere debebat conſiderandum eſt juxta text. in l. ſed licet is, de officio præſid. cap. grave nimis de præb in 6.

42 *Concurrentibus pluribus mandatariis ejus cauſa prævalet qui primò impetravit.* Cum ſint ejuſdem datæ, tunc enim ſolum dicuntur concurrere certò ſciri non poteſt quis primus fuerit impetrans, atque ideo recurrendum eſt ad conjecturas, vel circunſtantias de quibus hîc auctor, ſed cum indagatio hæc ſit hodie vana & inutilis quoad mandata, quæ jamdiu in deſuetudinem abierunt proderit in duobus proviſis ejuſdem diei de eodem beneficio. A diverſis collatoribus potentior itaque præſumptio ad conjiciendam alterutrius proviſionis

prioritatem

prioritatem deſumitur ex prioritate apprehenſæ poſſeſſionis, ita ut prior in poſſeſſione præferatur alteri cap. ſi à ſede apoſtolica, de præb. in 6. etiamſi capta non ſit eadem die proviſionis, quia textus indiſtinctè loquitur, nec ſe reſtringit ad poſſeſſionem captam eadem die, Gonzales ad regul. 8. §. 3. præm. à n. 69. Petrus de Murga de benef. q. 3. n. 160. modo ſi agatur de canonicatu tradita fuerit per capitulum more conſueto congregatum : alioquin cenſetur nullius momenti, Caſſadorus deciſ. 8. de cauſa poſſeſſ. & propriet. & deciſ. 5. de jure pat. Gonzalez ubi ſupra n. 81. ſi verò neuter poſſideat, ille præferendus eſt qui horam habet in data, alias præfertur proviſus apoſtolicus d. cap. ſi à ſede, Gonzalez d. §. 3. prœm. n. 62. & ſeqq. Paſtor de benefic. lib. 2. tit. 17. n. 4. & notandum quod virtus poſſeſſionis non ſubintrat in ſucceſſore cujus deceſſor non fuit in poſſeſſione, quia poſſeſſio ſucceſſoris venit ad ſuum titulum, non ad titulum deceſſoris de quo tantum quæritur in d. cap. ſi à ſede, Caſſador. deciſ. 15. de præb. Quod ſi unus haberet poſſeſſionem, & alter horam ille eſſet præferendus eo quod virtus poſſeſſionis potentior eſt horæ, & uti talis ponitur in d. cap. ſi à ſede, Gonzal. d. §. 3. n. 62 & ſeqq. utroque autem poſſidente præferri debet qui habet horam diei captæ poſſeſſionis Gonzal. & Petri de Murga ubi ſupra.

eod. *Et quamvis impetrans ſecundus primò præſentaverit.* Secus autem eſt in Indultariis Curiæ Pariſienſis, quorum inſinuationis ea eſt virtus, ut ex pluribus nominatis qui primus ordinario inſinuaverit præferatur licet in literarum data poſterior; teſte Louetio ad

Molin. de infirm. reſignant. n. 256.

44 *Aut ex perſona tertii impetrantis ſecundus hoc jus prælationis nactus ſit.* Sic nominati Regii propter jucundum regni adventum, aut præſtitum fidelitatis ſacramentum, qui poſtponuntur proviſis ab ordinario ante ipſorum ſcilicet nominatorum requiſitionem, licet prius debitè inſinuaverint, ſi tamen concurrant cum graduato excludunt proviſum ordinarii, non proprio jure, ſed ex capite graduati qui cum habeat decretum irritans ex concordato irritat collationem ordinarii, & viam aperit nominato Regio qui graduatis præfertur. Et hæc eſt praxis magni conſilii.

59 *Deinde ſi mandatarius beneficium primò vacans non acceptet gratia expirat.* Adde vel ſi in irregularitatem incidat, quæ omnes expectativas extinguit, ut ſupra cap. proximo n. ult. monuimus.

# DE JURE PATRONATUS.

## SUMMÆ RERUM.

1 *Patronus quis.*
2 *Ius patronatus.*
3 *Iuris patronatus acquiſitio.*
4 *Ius patronatus quid.*
5 *Ius patronatus ſpirituali annexum.*
6 *Laicus cur tenet jus patronatus.*
7 *Patronus ab Eccleſia alendus.*
8 *Patronus laicus & Eccleſiaſticus.*
9 *Tempus ad præſentandum.*
10. *Variare quando poſsit patronus.*
11 *Modi quærendi jus patronatus.*
12 *Fundare quid.*
13 *Acquiſitio juris patronatus.*
14 *Patroni plures eodem jure fruuntur.*
15 *Mulier quærit jus patronatus.*
16 *Vxor an præferatur marito in præſentando.*
17 *Tutor non præfertur pupillo in præſentando.*
18 *Præſentatio non fit de abſente.*
19 *Pater an filium præſentet.*
20 *Pater & filius, una perſona.*

21 *Patria poteſtas quando non ſpectetur.*
22 *Collatio fructus.*
23 *Electio fructus.*
24 *Præſentatio fructus.*
25 *Inſtitutio ſpreto patrono nulla.*
26 *Conſenſus an ſufficiat ex poſtfacto.*
27 *Taciturnitas quando habeatur pro conſenſu.*
28 *Scientia & patientia, quando pro conſenſu.*
29 *Permutationi ſine patrono, an Epiſcop. authoretur.*
30 *Negligentia patroni.*
31 *Præſentatio indigni.*
32 *Patronatui laico Papa an deroget.*
33 *Legatus an deroget patrono laico.*
34 *Papa non præſumitur laicis derogare.*
35 *Peroratio.*

## CAPUT VI.

1 *Patronus quis.* EXTREMUM eſt, ut de
jure patronatus dicamus: non
quidem libertorum, quod qui-
dem manumiſſione ſervorum,
*Ius patronatus.* Domini ſibi quærunt, [a] ſed de
eo jure quod habent patroni, (ſic in jure
Pontificio dicuntur, qui alicujus Eccleſiæ
extruendæ, aut alterius cujuſcunque funda-
2 tionis Eccleſiaſticæ authores fuerunt) præ-
ſentandi videlicet, & offerendi clericum
quem Eccleſiæ vacanti præeſſe, & in eam
collatis redditibus frui velit. Acquirunt au-
tem hoc jus, qui de Epiſcopi conſenſu, vel
3 *Iuris patronatus acquiſitio.* fundant Eccleſiam, hoc eſt locum in quo
templum extruatur aſſignant, [b] vel Eccle-
ſiam ædificant, [c] vel etiam conſtructas Eccle-
ſias, ante conſecrationem dotant. [d] Ut non
4 valde ſit obſcurum, jus patronatus quo de
*Ius patronatus quid.* agimus finire, jus eſſe præſentandi clericum
ad Eccleſiam vacantem, ex gratia ei conceſ-
ſum, qui conſentiente Epiſcopo, vel funda-
vit, vel conſtruxit, vel dotavit Eccleſiam;

a c. liberti. cap. octava. xij. q. ij & tot. tit. ff. de jur. patro.

b ca. iij. c. nobis de jur. patro.

c. c. monaſterium xvj. q. vij. d. c. nobis.

d c. cum abbatem xviij. q. ij. c. piæ mentis, & c. filiis xvj. q. vij.

[e] Dico imprimis jus eſſe non quidem merè
ſpirituale, cum à laicis poſſideatur, [f] in hæ-
redéſque tranſeat. [g] Et ſpiritualia nec à laicis 5
tractentur, [h] nec in eos ſucceſſionis conſan-
guinitatíſve jure deſcendant, [i] ſed temporale
potius ſpirituali tamen cauſæ conjunctum an-
nexúmque. [k] Unde nec niſi cum univerſitate [l]
vendi poteſt. [m] alioqui contraheretur ſimonia,
[n] quæ non tantum inducitur, ſi pactiones ſu-
per ſpiritualibus fiant: ſed etiam ſi ſuper an-
nexis. [o] Ut annexorum eadem ſit ratio, idem-
que judicium. [p] Dicitur autem jus patronatus
ideo annexum ſpirituali: [q] quia propter Ec-
cleſiam producitur, & ad ejus inſtitutionem,
vſúmque ſacrum ordinatur. [r] Quoniam autem
ſpiritualibus annexa, ſpiritualium naturam re- 6
dolent: [ſ] laicus juris cujuſcumque ſpiritualis
prorſus incapax, [t] non poteſt ſummo jure
poſſidere jus patronatus. [u] Cæterum gratioſe
laicis quoque id lex conceſſit, [x] tum ut cæteri
ad Eccleſiarum conſtructionem invitentur, [y]
tum ne illis beneficium periiſſe videretur, qui
in ſactum uſum aliquid contuliſſent. [z] Unde
ut perpetua quædam memoria, & gratitudo,
extet, habent & hoc prærogativæ, funda-
tionum Eccleſiaſticarum authores, ut ſi forte
premantur inopia ipſi, vel eorum filii, ex
redditibus Eccleſiæ ali debeant; [a] moderate 7
tamen, [b] ut non tam videlicet qualitatis per-
ſonæ facultatúmque, habeatur ratio, [c] quàm
Eccleſiæ. Ut miniſtris qui deſerviunt, ali-
quid ſuperſit. [d] Viciſſim tamen, hoc oneris
incumbit patronis, eorúmque liberis, ut ſo-
lerter animadvertant, ne res ſuæ fundationis
dilapidentur. [e] Neque verò putandum, ſolos
laicos juriſpatronatus capaces eſſe: quando-

*Ius patronatus ſpirituali annexum.*

*Laicus cur tenet ius patronatus.*

*Patronus ab Eccleſia alendus.*

e d. c. piæ mentis.
f c. querelam de elect.
g c. j. de jur. pat. c. filiis xvj. q. vij.
h c. decernimus de judi. c. cauſam de præb.
i c. j. de præbend.
k c. quanto de jud. c. de jure de jur. pat.
l c. ex literis c. cum ſeculum de jur. pat.
m c. nemini xvj. q. vij. & d. c. de jure.
n c. querelam de Simo.
o c. quæſitum de rerum permuta.
p l. cum actum ff. de neg. geſt. c. tranſlato de conſti.
q d. c. quanto d. ca. de jure.
r Panor. c. conſulere de Simo. & in d. c. quanto.
ſ l. quæ religioſis ff. de re. vend. d. c. quæſitum.
t d. c. decernimus d. c. cauſam.
u Panor. c. j. de præb.
x c. quod autem ubi Panor. de jure patro.
y Gl. c. nobis & c. cum dilectus eo. tit.
z c. cum in officiis de teſta. c. ita nos in fine xxv. q. ij.

a c. quicumque xvj. q. vij.
b d. c. nobis de jur. patrona.
c l. ſed & ſi quid. §. j. ff. de uſufr.
d c. ſi. ad ſi. xxv. q. ij. gl. d. c. quicumque.
e c. filiis xvj. q. vij.

quidem Eccleſiaſticæ perſonæ id quoque iu-
8 ris habere poſſunt. [f] Quæ ſi ratione proprii
patrimonii illud nactæ fuerint, patronis laicis
nihilominus annumerantur, [g] nam patroni
Eccleſiaſtici, ii tantum dici debent, qui ra-
tione Eccleſiæ quam tenent, eo iure fruun-
tur, [h] inter quos, & laicos patronos diſcrimi-
nis plurimum lex Pontificia conſtituit: nam
ſicut collator ad conferendum ſex menſes ha-
9 bet: [i] ita Eccleſia, ad præſentandum, cum
tamen laicus quadrimeſtre tantum habeat: [k]
huic verò minus tempus indulgetur, quia licet
indignum præſentet, non tamen privatur po-
teſtate præſentandi, [l] præterea variare poteſt
10 ante inſtitutionem Epiſcopi, alium præſen-
tando, [m] non ut à primo prorſus recedat, ſed
ut poſteriore, priori accumulato, magis ido-
neum Epiſcopus eligere poſſit. [n] Cum tamen
Eccleſiaſticum patronum, judicio majore,
ac ſolidiore, eſſe oporteat. [o] Indignum ſiqui-
dem præſentans, præſentandi pro ea vice,
poteſtatem amittit, [p] nec variare poteſt ſecun-
dum, licet accumulativè præſentando. [q] Un-
de fit quædam ſicuti Pontificii dicunt, com-
penſatio, ut onerati in tempore laici in cæte-
ris ſubleventur, contraque ſublevati in tem-
11 pore clerici in cæteris onerentur. [r] Acquirunt
autem hoc jus patronatus tam laici, quàm cle-
rici, tribus modis potiſſimum. Fundatione
videlicet, extructione, & dotatione. [ſ] Non
quidem ut putandum ſit, uno ex his tantum
quæri jus iſtiuſmodi, niſi & alii intercedant. [t]
12 Fundare Eccleſiam propriè dicitur qui fun-
dum aſſignat, in quo de Epiſcopi voluntate [u]
templum extruatur. Quamvis & vulgo funda-
tores Eccleſiarum dici ſoleant, qui conſtruxe-

*Patronus laicus & Eccleſiaſticus.*

*Tempus datum patronis ad præſentandum.*

*Variare, quando poſſit patronus.*

*Modi quibus jus patronatus quæritur.*

*Fundare quid.*

f c. cum autem & c. illud d. jur. patro.

g cap. cum dilectus ubi Panor. eo. tit.

h Panor. ca. eam te in fi. illo tit.

i c. ij. de conceſ. præb.

k c. un. §. verum de jur. patro.

l c. cum vos ubi gloſſ. de offi. ord.

m c. quod autem c cum autem paſtoralis & c. fi. de jur. patro.

n c cum autem ubi Panor. eo. titu. Io. and. c. in re communi de reg. jur. in vj.

o Cle. cum illuſio. de renuntia.

p c. cum in cunctis §. ſi de elect. gloſſ. d. c. cum vos.

q Glo. d. cum vos Card. cle. un. xiij. q. de rerum permuta.

r l. enim qui ff. de jurejur. gl. d c. cum vos.

ſ Gloſſ. c. piæ mentis xvj. q. vij.

t Panor. conſi. cvj. col. ij. volu. ij.

u §. j. de Monac. coll. j. §. i. ut null. fab. omnido coll. v.

x c. nobis de jur. patr. cap. Abbatem ij. xvIij. q. ij.

runt Eccleſias, nec ſic pro ſubjecta materia,
reſpuenda hæc interpretatio, [y] exiſtimandum
enim non eſt, ut mox attigimus, ſola funda-
tione, hoc eſt fundi aſſignatione, jus patro-
natus quæri [z] Ne ſequatur abſurdum, quem
dici patronum Eccleſiæ quæ nondum eſt, for-
téque numquam eſt futura. [a] Sed ita, ſi ſequa-
tur operis extructio, dotatióque, vel ab ipſo
fundatore, vel ab aliis. [b] Unde quod præte- 13
rea diximus ab his quoque jus patronatus ac-
quiri, qui de Epiſcopi conſenſu, [c] ſuis im-
pendiis, & ſumptibus, in aſſignato fundo,
Eccleſiam ædificant: [d] accipiendum eſt, ſi
ipſi, aut alii, congruam Eccleſiæ dotem aſ-
ſignent. [e] Ex qua dotatione acquiri quoque
conſtat jus patronatus. [f] Non tantum uni, ſed 14
( etiam ſi plures dotem conſtituerint,) pluri-
bus. [g] Et iis quidem æqualiter, licet alii aliis
minus contulerint. [h] Quod & in fundatione,
conſtructionéque, obſervandum eſt. [i] Cum
autem maſculinus ſermo fœmininum conti-
neat, [k] dubium non eſt, quin hoc jus præ- 15
ſentandi fœmina quoque acquirere poſſit. [l]
Ampliúſque traditum eſt, ut ſi maritus, ( cui
villa fortè in dotem data fuit, in qua eſt jus
patronatus) & uxor, in præſentando diſſen-
tiant, præſentatus ab uxore, præferatur. [m] 16
Licet enim maritus, tanquàm rei dotalis Do-
minus, [n] ſi non contra dicat uxor præſentare
poſſit: [o] quia tamen uxor naturalis eſt, & ve-
ra dotis Domina, [p] imaginariúmque dunta-
xat dominium maritus habet, [q] nec eidem
rei dotalis adminiſtratio, fructúſque, niſi prop-
ter onera matrimonii conceduntur: [r] fructum
autem quo nuptiarum oneribus ſuccurratur,
ex præſentatione, non poteſt maritus conſe-

*Acquiſitio juriſpat.*

*Patroni plures eodem jure fruūtur.*

*Mulier quærit jus patronatus.*

*Vxor an præferatur marito in præſentando.*

y c. iij. ubi Joan. And. de teſta.
z Panor. d. conſi. cvj.
a c. ad audientiam ij. de Eccle. ædificand.
b Panor. ubi ſupra.
c d. §. j. ut null. fab.
d c. monaſterium xvj. q. vij. gl. d. c. piæ mentis.
e Gl. c. quicunque xvj. q. vij.
f c. filiis xvj. q. vij. glo. d. c. piæ mentis.
g c. ad audientiam j. ubi Panor. iij. not. de Eccle. ædifi.
h Gl. in ſum. lxiij. diſt.
i Panor. in rub. de jur. patro. ad fi.
k l. ſi quis ff. de juriſd. l. j. ff. de verbo. ſig.
l c. ſi de conceſ. præben. c. ex literis & utrobique Pan. de jur. patro.
m Rot. cccccxxij. in no.
n l. doce ancillam C. de rei vend
o Rot. ubi ſupra d. c. ſi.
p l. in rebus C. de jur. dot.
q d. l. doce ancillam.
r l. ſi pater mulieris in fin. ff. de jur. dot c. ſalubriter de uſur.

qui probabilius videtur, uxori hoc jus præſentandi conſervare. [s] Nec diſſimile eſt, inquiunt, quod de pupillo, tutoréque, legimus, ut præſentatus à pupillo, ſeptennium egreſſo præferatur præſentato per tutorem. [t] Verùm hic caſus propter lubricum ætatis, [u] dubitabilior mihi videtur. [x] Quapropter in eo, amplius deliberandum reor.

17 *Tutor non præfertur pupillo in præſentãdo.*

Porro autem præſentari debet clericus idoneus, hoc eſt ipſi Epiſcopo offerri, & exhiberi. [y] Unde de abſente, non jure fit præſentatio, [z] niſi fortè perſpecta eſſet, & cognita Epiſcopo qualitas abſentis clerici. [a] Cùm enim rei demonſtratæ fruſtra adjiciatur demonſtratio: [b] nihil prohibet, quominus poſſit præſentari clericus abſens, cujus qualitates ſuperior notas habet, [c] nam ea ratione video, abſenti poſſe conferri beneficium. [d] Sed an pater filium præſentare poſſit, plerique dubitant, cùm patronus ſeipſum non præſentet.[e] Et Juſtinian. dicat vocem patris, tanquam vocem filii eſſe. [f] Alioque loco, patrem & filium eandem perſonam penè eſſe. [g] Et rurſus alibi, filium eſſe partem quodammodo corporis paterni. Ut ubi ſit pater, videatur & filius eſſe. [h] Deinde, quoniam quicquid acquirit [i] filius, patri quærit etiam hodie, ſaltem reſpectu uſufructus. [k] Verùm contraria ſententia, & meritò obtinuit. [l] Cùm ex Pomponii ſententia, Ulpian. [m] reſponderit, ſuffragium patris, filio prodeſſe, & econtra. Quod autem pater eadem perſona cum filio intelligatur, humana legis interpretatione, & per fictionem, non etiam ſecundum veritatem, conſtitutum eſt. [n] At nos veritatem in ſpiritualibus, magis quàm fictionem, ſequi-

18 *Præſentatio nõ fit de abſente.*

19 *Pater ex filiū præſentet.*

20 *Pater & filius una perſona.*

s Rot. d. q. cccccxxij.
t Glo. & Gemi. in c. ex eo de elec. in vj.
u l. cum prætor. §. pe. ff. de jud. §. præterea quib. non eſt permiſſ.
x Frede. Conſi. xliij.
y Panor. c. cum parati. de appella.
z Glo. cle. dudum §. ſtatuimus de ſepult.
a Pan. c. ea noſcitur de iis quæ fi. à prælat.
b l. j. ff. de in inte. reſti.
c Pan. d. c. ea noſcitur.
d c. accedens de præb. c. ſi tibi abſenti eod. tit. in vj.
e c. per noſtras de jur. patron.
f §. ei verò de inut. ſtipulat.
g l. fin. C. de impub.
h l. cum ſcimus de agr. & cen. lib. xj.
i l. j ff. ſi à parent.
k l. cum oportet & l. fin. c. de bon quæ lib.
l Glo. & Pan. in c. conſuluit de jur. patr.
m l. illud ff. quod cujuſque univerſ.
n d. l. fin. & d. l. cùm ſcimus.

mur. [o] In quibus etiam vim patriæ poteſtatis 21
non attendimus. Atque ideo nihil acquirit pa-
tri, ſed totum ſibi filius vendicat. [p] Hujus er-
go juriſpatronatus, quo de agimus hæc eſt
vis, & poteſtas, ut jus habeat patronus præ-
ſentandi & offerendi clericum, quem præeſſe
Eccleſiæ velit, ſicuti enim collatio fructus
eſt Epiſcopatus [q] & electio, fructus canoni- 22
catus: [r] ita præſentatio, fructus & effectus,
juris patronatus. [ſ] Unde non poteſt alium Epiſ- 23
copus, ſpreto patrono, inſtituere, [t] proce- 24
dénſque de facto, abſque patroni conſenſu inſ- 25
titutio nulla eſt ipſo jure. [u] Etiam ſi credebat
Epiſcopus, alium verum patronum eſſe. [x] Pa
trono tamen conquerente, & inſtitutionem
ob ſui contemptum impugnante, [y] poteſt ſi-
quidem patronus, inſtitutioni abſque ſuo con-
ſenſu, ab Epiſcopo factæ poſtmodum con-
ſentire. [z] Sic enim dicimus, conſenſum Epiſ-
copi, qui in conſtructione Eccleſiæ neceſſa- 26
rius eſt: [a] poſtea intervenire poſſe. [b] Et ge-
neraliter proditum legitimus, ubi conſenſus
alterius requiritur, ſi non peccat actus in ſubſ-
tantia, [c] non referre, an præcedat, vel ſe-
quatur actum, [d] in continenti, vel ex inter-
vallo. [e] Licet in mandato, [f] juſſu, [g] & au-
thoritate diverſum obtinuerit. [h] Qua de re 27
Doctores [i] alibi pleniſſimè. An autem habea-
tur pro conſenſu, patroni præſentia, & taci-
turnitas quæſtionis eſt? Et niſi interceſſiſſent
actus, tacitè approbativi collationis, [k] pleri-
que putant, [l] patronum non videri conſenti-
re, ſed magis contradicere. [m] Cùm invitus,
& repugnans, in damnoſis dicatur, non tan-
tum qui contradicit, ſed etiam qui conſenſiſ-
ſe non probatur. [n] Conſenſiſſe autem non vi-
detur patronus, & ſi ſciente eo beneficium
alteri.

*Patria poteſtas in ſpiritualibus non attenditur.*

*Collatio fructus.*

*Inſtitutio ſpreto patrono quando nulla.*

*Conſenſus quãdo ſufficiat ex poſtfacto.*

*Taciturnitas an habeatur pro conſenſu.*

o Arch. cap. un de vot. in vj.

p c.fin. de jud. in vj.

q Gloſ. c.cum olim.de major. & obed.

r Innoc. c. literis de reſtit. ſpol.

ſ Gloſ. c.cum Bartholdus de re jud.

t c. illud in fin. de jur. patron.

u cap. decernimus xvj. quæſt. vij.

x d. c.cum Bertholdus ubi Panor. num. xiij.

y Doct.d.cap.cum Bertholdus.

z Hoſti. in ſumma de jur. patro.

a §. j. ut null. fab.orato. coll v.

b Rot. 873. Ant.

c c. auditis de elect.

d c. cura de jur. patr.

e l. fin.c. ad Macedon.

f l. ſi vero §. ſi poſt. ff. manda.

g l. ſi quis mihi § juſſum ff. de acqu.hæred.

h l obligatio§.pen.ff.de auth.tut §.tutor.eo.tit.

i Bart. & alii d. §. juſſum.

k cap.ex ore de iis quæ fiunt à major.

l Felyn. poſt multos c. cum Bertholdus col. iiij. de re judic.

m l. penul. ff. de furt.

n l. filius fam. §.invitus ff. de procur l. qui vas §. vetare ff. de furt.

alteri contulerit Epiſcopus. Cum nemo juri ſuo renuntiaſſe cenſeatur. [o] Et ideo potius veriſimile ſit paſſum patronum ſe præſente, conferri beneficium, ex pudore quodam, & magna verecundia. [p] Quod præſertim ſciret, uſque ad quadrimeſtre, vel ſemeſtre tempus, [q] contradicendi jus ſibi ſalvum eſſe. [r] Ego
28 verò contra, nam præterquam quod dici ſolet ſcientiam, & patientiam, ejus qui prohibere poteſt, haberi pro conſenſu: [s] tractamus hîc de actu publicè utili: nempè, ut celerrimè vacanti Eccleſiæ provideatur. [t] Non ſolum autem, quoties de commodis agitur, tacens habetur pro conſentiente: [u] ſed etiam ubi tacentis damnum verſatur, ſi materia favorabilis ſit Reipublicæ, is videtur conſenſiſſe, qui nominatim non contradixit, [x] nec ob verecundiam, aut nimiam Epiſcopi reverentiam, [y] patronus præſumitur in dubio tacuiſſe, niſi alia probentur, [z] aut non tacendo, irrogaretur ſuperiori infamia. [a] Verum enim verò, quod diximus Epiſcopum non poſſe, ſine patroni conſenſu, conferre beneficium, [b] Doctor. intellexerunt, [c] in collatione voluntaria, non
29 etiam in neceſſaria. Ut quæ fit, ex cauſa permutationis cui dicunt. [d] Epiſcopum poſſe authorari, patrono etiam non vocato. Ego verò, in effectu parum diſcriminis eſſe video, quandoquidem omnes admittunt, patrono contradicente, & de contemptu poſtmodum agente, retractandam permutationem. [e] Sunt
30 & alii certiores quidem caſus, quibus facta ſine patroni præſentatione, inſtitutio conſiſtit. Veluti ſi patronus, intra præfinitum à lege [f] tempus in præſentando, negligens fuerit. [g] Quo caſu poteſtas conferendi devolvitur

*Scientia & patientia quando pro conſenſu.*

*Permutationi an authoretur Epiſcopus ſpretis patronis.*

*Negligentia patroni.*

o l. cum de indebito ff. de prob. c. ſuper hoc de renuntia.
p d. l. pe. de furt.
q c. un. §. verum de jur. patro. in vj.
r l. ſicut §. non videtur ff. quib. mod. pign. ſol.
ſ l. ſæpè ff. de re jud. l. Labeo cum vulga ff. de aqua plu.
t c. ne pro defectu de elect.
u l. qui patitur ff. manda. glo. c. ſicut de elect. in vj.
x l. ii. §. j. ff. ad munic. l. j. de filiis ſa. lib. x. c.
y l. ad invidiam c. de his quæ vi metúſve ca. fi.
z Bar. l. j. §. quæ onerandæ ff. quar. re act.
a d. l. pe. ff. de furt.
b c. illud de jur. patron. c. decernimus xvj. q. vij. c. Kor. xxiij. in no. Fely. c. cum Bertoldus col. v. de re jud.
d Cle. un. de re permu.
e Fred. tract. permut. q. xxx. Imol. c. fin. de rer. permuta Fely. d. c. cum Bertoldus.
f c. un. §. verum de jure patr.
g c. ij. de ſup. neg. prælat.

ad Epiſcopum. [h] Aut alium, ad quem jus
inſtituendi pertinet, etiam Epiſcopo infe- 31 *Præſentatio de indigno*
riorem. [i] Idémque ſi ſcienter indignum, pa-
tronus præſentaverit. [k] Paria namque viden-
tur, nullum offerre, vel minus idoneum. [l]
Etſi jure communi, collationem, aut electio-
nem habentes, ob illam cauſam jure ſuo pri-
vantur. [m] Quanto magis patroni, [n] quibus ex
privilegio, & gratia præſentandi facultas com-
petit, [o] quique ſcienter indignum offerendo,
prærogativam præſentandi amittere merentur,
conceſſa ſibi poteſtate, temerè abutentes, [p]
laicis tamen propter eorum (ut puto) igno-
rantiam, [q] pepercisse viſus eſt Roman. Pon-
tif. [r] conſtituens, cum minus idoneam perſo-
nam laicus præſentat, debere Epiſcopum,
Eccleſiæ vacanti, œconomum duntaxat præ-
ponere. Denique quoniam Papa in benefi- 32 *Papa quando juri patronatus laicorũ deroget.*
ciis pleniſſimam poteſtatem, atque ideo om-
nem habere ſe profitetur: [s] dubium non eſt,
quin vires habeat facta ab eo collatio, ſpreto
etiam laico patrono. [t] Modò de patronatu
laici in literis mentio fiat. [u] Hanc quippè
præſentandi facultatem patronis, jus poſiti- 33 *Legatus an in jus patronatus laici poſſit.*
tium ut ſæpè diximus, gratioſè conceſſit: [x]
cui legi ſummus Pontifex non ſubjacet. [y] Cæ-
terum, non eadem authoritate reliqui fun-
guntur, [z] quamvis à latere legati: qui bene-
ficia clericorum patronata, non item laico-
rum, conferunt. [a] Ne laicos ab Eccleſiaſticis
fundationibus retrahi contingat. [b] Quæ ratio
cum in jure patronatus præſcriptione, aut pri-
vilegio quæſito ceſſet, receptum eſt, legatum 34 *Papa nõ præſumitur laicis derogare.*
Cardinalem ei derogare poſſe. [c] Sanè verò
non præſumitur unquam Papa conceſſis à ſe
literis juri patroni laici derogare velle, niſi

h d. c. ij. Panor. d. c. illud de jur. patro.
i Gloſſ. cle. un. de ſup. negl. Panor. c. ij. in fi. de conceſ. præb.
k §. ſi quis orotorii de ſanctiſſ. epiſc. coll. ix.
l c. ij. § ſed neque de transl. Epiſcop.
m c. cum in cunctis §. fi. de electio.
n l. ejus militis §. ſi militia ff. de teſta. milit.
o c. quod autem de jur. patro.
p c. gratum de poſtul. prælat. c. privilegium xj. q. iij.
q. Inno. c. propoſuit de fil. præsbyt.
r c. cum vos ubi gl. de offi. ordi.
ſ c. ij. de præsby. in vj. cle. j. in fi. ut lit. pend.
t Gl. cle. per literas de præb. Pan. c. iij & c. cũ dilectus de jur. patro.
u Gloſ. §. cæterum in proœ. prag. Panor. d. c. cum dilectus.
x c. quod autem de jur. patro.
y c. propoſuit de conceſ. præben.
z Archid. c. hortamur l. xxj. diſt. Glo. d. cle. per literas.
a d. c. cum dilectus ubi gl. d. cle. per literas.
b Gl. c. cum dilectus.
c Panor. in c. dilectus in fi. de off. leg. Card. d. cle. per literas iij. q.

de ejus voluntate conſtet evidenter. [d] Unde nec ſub gratia, mandatóve, quantumvis generali patronata laicorum beneficia comprehenduntur, [e] niſi tale jus, præſcriptione, privilegio, aut conſuetudine, laici quæſiiſ-
35 ſent. [f] Ratione quam mox diximus. Quæ omnia difuſius Fely. alibi pertractat. [g] Et hæc ſunt, quæ de jure patronatus attingere mihi placuit: non ignarus, alia multa congeri potuiſſe, quæ cum non valdè neceſſaria putem, ab aliiſque diffusè tractentur, hîc repetenda non duxi. Ex prædictis autem omnibus, quantuliſcunque explicitus nobis videtur ſacerdotiorum Tractatus: ſuis utcunque numeris, ac partibus, ſibi conſtans. Quo cum juris ſtudioſis aliqua ex parte ſatisfeciſſe nobis videamur, in vigiliarum noſtrarum gratiam illud Vergilianum intorquere non gravabimur. Hæc noſtra interpretatio, hæc in univerſum ſacerdotiorum Tractatum cùm brevis, tum luculenta Paraphraſis.

*Peroratio.*

*Collectáſque fugat nubes, ſolémque reducit.*

*Ioannes Coraſius Toloſas Valentiæ xix. Decemb.* 1547.

[d] Lap. alleg. xcvj.

[e] c. dilectus iij. de præben. gl. d. § cæterum.

[f] Caſſiodo. deciſ. iiij. de jur. patro.

[g] Fely. in tract. quand. lit. apoſt. præjud. patr. Eccleſ.

## SOLIER.

3 *Ante conſecrationem dotant.* Nam poſt conſecrationem videtur non poſſe acquiri juſpat. quandoquidem rei ſacræ ſervitus imponi non poteſt, l. ſervitutes, §. ult. de ſervit. & quod humani juris eſſe definit ſervitutem non recipit, l. caveri ff. com. præd gloſſ. 1. in cap. Piæ mentis, 16. q. 7. ſi tamen nulla dos eſſet conſtituta, vel in totum perierit poteſt, dotans

etiam poſt conſecrationem juſpat. acquirere, Innoc. ad rubric. de jurepat. de conſenſu ſcilicet Epiſcopi, ut ipſe ſubdit, quia favore Eccleſiæ ipſa conſtitutio dotis retrotrahitur & fungitur Eccleſia dotata ante conſecrationem, ut ſic inducatur ad dotandum propter acquiſitionem juriſpat. Joan. Anan. in cap. 1. ad finem de jurept. Lambert. de jurep. lib. 1. p. 1. q. 6.

4 *In heredeſque tranſeat.* Univerſales ſcilicet tam ſanguinis quàm extraneos, & tam ex teſtamento quam ab inteſtato, Abbas in cap. cum ſeculum, & ibi gloſſ. de jurepat. Lambertin. in tract. de jurepat. p. 2. lib. 1. q. 1. art. 15. Vivian. in ſimili tract. lib. 4. cap. 2. ita ut non tranſeat ad filios fundatoris niſi ſint hæredes, quia non conſideratur qualitas ſanguinis, ſed hæredis quando juſpat. in hæreditate conſiſtit. Ita intelligitur cap. filiis, & cap. conſiderandum, 16. q. 7. niſi aliud in fundatione caveretur. Item non tranſit in heredem inſtitutum in re certa dato alio univerſali coherede, Lambertin. lib. 1. p. 2. q. 2. art. 16. n. 6. Vivian. d. cap. 2. n. 9. Jus verò patronatus perſonale, ſeu Gentilitium, quod nam ab ipſo patrono renunciare volente, ſed à ſuis antenatis deſcendit & tranſit ordine ſucceſſivo, & gradatim de uno in alium non poteſt cedi extraneo in præjudicium ſequentium in gradu, text. & gloſſ. in l. peto, §. fratre. de legat. 2. Vivian. ubiſupra n. 23. l. unum ex familia d. tit. fallit in ipſo fundatore Archid. in cap. unic. de jurepat. in 6. Sed non tranſit in fideicommiſſarium, cui reſtituta ſit hereditas, ſed remanet penes heredem per text. in l. quia perinde ff. ad Trebell. etiamſi tota hereditas fue-

rit reſtituta, Garc. p. 5. cap. 9. n. 17. & 18. & n. 20.

10 *Indignum ſiquidem præſentans præſentandi pro ea vice poteſtatem amittit.* Secus ſi non indignum, ſed tantum incapacem præſentet, ut late diſcurrit Lambert. p. 1. lib. 2. q. 10. art. 4. n. 3. & ſeqq. ubi tenet patronum laicum, indignum ignoranter præſentantem, non eſſe privatum nec privandum & capitulum cum vos de offic. ordin. intelligi de non idoneo & non de indigno licet gloſſ. illos confundat, atque ita unam hanc quoad hoc eſſe differentiam inter patronum laicum & Eccleſiaſticum, quod ille per ignorantiam præſentando indignum excuſatur, iſte verò non, & uterque ſive ſcienter, ſive ignoranter non idoneum impunè præſentat, ſed quia multa confusè congerit & involutè loquitur vix recederem à ſententia auctoris, ut patronus laicus indiſtinctè poſſit incapacem & indignum præſentari, quia variare poteſt, Eccleſiaſticus nequaquam, quia illuſio & variatio maximè perſonis Eccleſiaſticis eſt prohibita.

16 *Probabilius videtur uxori hoc jus præſentandi conſervari.* Intrepidè contrarium teneas maritumque & non uxorem juſpatronatus fundo dotali annexum exercere poſſe, ut late deducit, & probat Garc. p. 5. cap. 9. p. 1. n. 147. & ſeqq. Rochus de jurepat. in verb. ipſe vel is, q. 28. Rebuff. de nomin. q. 17. n. 56. & alii per Garciam, n. 177. contra Imol. & Eutrium in cap. fin. de conceſſ. præb. cauſantes quod talis fructus non confert ad onera matrimonii, nec eſt proportionabilis ad illorum ſuſtentationem, quia cum maritus

ſit verè & propriè Dominus rerum dotalium ex adductis per ipſum Garciamd. loco à n. 149. ubi de communi teſtatur omnes fructus indiſtinctè ad eum pertinere debent.

17 *Vt præſentatus à pupillo ſeptennium egreſſo præferatur præſentato per tutorem.* De hoc dubitat auctor propter lubricum ætatis pupilli & in eo amplius deliberandum putat, ſed nihilominus Garc. ubi ſupra, n. 189. tenendam ait communem ſententiam videlicet præſentatum à pupillo majore ſeptennio præferri præſentato per tutorem ex eo quod pupillus eſt Dominus iſtius juriſpat. & ſic ad eum ſpectat præſentatio, cap. decernimus, 16. q. 7. & tutor non adminiſtrat. ſpiritualia, gloſſ. in cap. ex eo, in verb. ſuffragium, de elect. in 6. Garcias poſt eos quos citat d. p. 5. cap. 9. §. 1. n. 186. eſſet tamen honeſtum quod pupillus præſentet tutore auctore.

32 *Dubium non eſt quin vires habeat facta ab eo collatio ſpreto etiam laico patrono.* Miror quod Coraſius de contrario jure in Gallia inconcuſſe ſervato mentionem non habuerit, ubi juſpat. laicorum niſi poſt devolutionem Papa non attingit, quia patrimoniale reputatur, ita ut expreſſio, & derogatio ac inde ſecuta proviſio prorſus invalidæ & abuſivæ cenſeantur, ut lippis & tonſoribus notum.

18. *Nam & alioquin fruſtra & otiosè nimis tot officiales cancellariæ præpoſuiſſet Romanus Pontif.* Hos commemorat & cujuſlibet officium indicat Octavian. veſtrius in libello officiorum & officialium gratiæ & juſtitiæ, tit. de vicecancellario ut ſequitur. Officium cancellariæ habet Cardinalem præpoſitum, quem vi-

Nota hæc ſpectat ad cap. 1. parte 4. fol. 128. n. 18.

cecancellarium vocamus, cujus officium ex communi curialium reputatione in Romana Curia primarium eſt dignitate, auctoritate & utilitate: is ratione proprii officii literarum expeditioni de rebus Eccleſiaſticis univerſi orbis & earum expeditoribus præ eſt, quorum maxima eſt turba, nempe abbreviatorum majoris parci, quorum munus eſt ex ſupplici libello ſignato diplomata ſeu literas dictare, cujus dictaturam minutam vocant, ſcriptorum abbreviatorum minoris parci ſollicitatorum, quos Jannizzeros vocamus, plumbatorum, regiſtratorum, horum omnium officium eſt in ipſa literarum expeditione alicujus negotii Alii verò ſunt officialis, quos in expeditionibus adire oportet, ubi ſubjecta materia ſolutionem annatæ deſiderat, qui otioſi ſunt, & meri annatarum ac aliarum ſolutionum participantes utpote ſcriptorum archivii, cubiculariorum, ſcutiferorum, & riparioruin. Ordinem autem expeditionis. Vide hic apud Octavian. Sunt & alii permulti in dataria officiales quos recenſet Pyrrh. Corad. in praxi benefic. lib.3. cap.8. n.38. quibus præeſt Cardinalis Datarius, qui illum ubique ſequuntur, velut ubi ſummus Pontifex moram trahit ſive in Palatio Vaticano, ſive in Monte Quirinali, & hi ſunt videlicet. Subdatarius, per cujus manus tranſeunt omnes ferè ſupplicationes ab eo prius revidendæ ſummariis in earum calce adjectis, antequam ad ipſum datarium perveniant qui illas Pontifici ſignandas deſert. Præ fectus officio componendarum, ubi de materiis componibilibus ſolvitur compoſitio. Unus officialis de per obitum nuncupatus, cui potiſſimum porriguntur ſupplicationes pro im-

petrandis beneficiis Eccleſiaſticis per obitum vancantibus, ut illas etiam cum ſummariis deferat d. datario, quamvis multoties occurrit, ut ommiſſo prædicto officiali immediatè ſupplicationes prædictæ eidem datario porrigantur. Duo reviſores omnium ſupplicationum quæ per datariam tranſeunt, quorum unus primus, alter verò ſecundus reviſor nuncupatur, qui ſingulari vigilantia oculiſque lynceis obſervant, an in dictis ſupplicationibus aliquid adſit, per quod videatur in conceſſione gratiæ ſummus Pontifex circumventus, ac proinde huic muneri deputantur viri omni exceptione majores, nec non antiquiſſimi curiales & in rebus datariæ plurimum practici & verſati. Unus officialis reviſor ſupplicationum matrimonialium, qui privativè ad alios ipſas ſupplicationes tam ante quam poſt ſignatas revidet, quod munus non minori ſinceritate ac fidelitate cæterorum exercetur. Unus officialis de parva data, cui eadem die quo ſupplicationes ſunt ſignatæ traduntur in quibus notat tantummodò ipſam datam quæ poſtmodum extenditur per d. Datarium in eiſdem ſupplicationibus. Unus officialis de miſſis nuncupatus qui omnes ſupplicationes datatas, inciſis earum ſummariis tranſmittit ad regiſtrum. Viginti regiſtratores ſupplicationum apoſtolicarum. Unus regiſtrator ſecretus. Sex clerici regiſtri ſupplicationum prædictarum. Quatuor Magiſtri ejuſdem regiſtri.

# INDEX ALPHABETICVS eorum quæ hac Paraphraſi continentur.


A

ABbas eligi poteſt. num. 14. pagina 133
Abbatis, & abbatiſſæ ætas. num. 7. 95.
Abbates exempti, Eccleſias plene habent num 5. 43.
Abbatia eſt dignitas. n. 2. 137.
Accuſatio non privat quem honoribus. n. 9. 111
Acquiſitio juris patronatus n. 3. 195.
Actus ſuæ cauſæ commenſurandus. n 15. 17.
Ætas idonea in beneficiis. 1. 93.
Afficitur multis modis beneficium. n. 41. 183.
Alienatio voluntaria & neceſſaria. n. 12. 67
Annata quid. n 53. 161. & 162.
Animi deſtinatio in nuptiis attenditur n. 10. 50.
Annullatio actus an ſit pœna. n. 26. 179.
Apoſtata inhabilis ad beneficia. n. 23. 114.
Archidiaconus an habeat dignitatem. 5. 138.
Argumentum de electione ad poſtulationem. 16. 133.
Aſſentatores taxantur. 4. 53.
Atteſtationum & nominationum neceſſaria. 42. 158.
Auditor confert beneficium. 5. 81.
Auditoris poteſtas. *eod.*
Artes quas callere debent clerici. num. 5. 103.

B

BAptiſmalis Eccleſia. num. 22. 153.
Beneficia vacare quæ dicantur. num. 8. 54
Beneficia regularia & ſecularia quæ. 5. 20.
Beneficia jure communi ſecularia. 6. *eod.*
Beneficium curatum & ſimplex quid. 1. 19.
Beneficium quodcumque reſidentiam requirit. 2. *eod.*

Beneficia duo etiam ſimplicia nemo tenet. *eod.*
Beneficii verbo quando curatum veniat. 3. 19.
Beneficia mixta quæ. 21
Beneficium vacans promitti poteſt. 6. 29.
Beneficium nondum ſepulto clerico an conferatur. 7. *eod.*
Beneficium intra quod tempus debeat conferri. 8. *eod.*
Beneficium quandoque non vacat morte. 3. 33.
Beneficium de menſa prelati. 4. 33
Beneficio quis poſſit renunciare. num. 5. *eod.*
Beneficium viventis non confertur. 1. 28.
Beneficia electiva & collativa quæ. 8. 20.
Beneficii multiplex acceptio. 2. 2.
Beneficium in malam partem quando accipiatur. 3. 2.
Beneficium pro gratia. 5. 2.
Beneficium pro Sacerdotio accipitur. 6. 3.
Beneficium quid. 1. 5.
Beneficium an jus ſpirituale. 2. *eod.*
Beneficium non pacificum. 50. 161.
Beneficium tripliciter efficitur. num. 11. 26.
Beneficia comprehenſa mandatis. 46. 184
Beneficii verbo majora veniunt. num. 4. 6.
Beneficia mandatis non comprehenſa. 24. 153.
Beneficia novè creata. 47. 185.
Beneficia ſuppreſſa. 48. *eod.*
Beneficium monoculum. 49. *eod.*
Beneficia in nominationibus exprimenda. 47. 160.
Beneficium non poſſeſſum an debeat exprimi. 48. *eod.*
Burſales Papæ cōſtitutiones Galli rejiciunt. 55. 162.
Beneficii qualitas an exprimenda. 56. 162
Beneficium ſcindere ex cauſa licet. 11. 15
Bigamus beneficiorum incapax. num. 3. 98. & 99.
Bigamus quis. 2. 98.

## C

Canonicus qua ætate ſuffragium ferat. 5. 94.
Cauſæ penſionis conſtituendæ. num. 12. 15.
Capitulum ſede vacante non confert. 2. 75.
Capitulum ſuccedit in neceſſariis. 3. 76.
Capitulum ſede vacante commendat. 4. *eod.*
Capitulum adminiſtratorē conſtituit. 4. 76.
Capitulum ſede vacante autoritatem preſtabit permutationi. 6. 43.

Capitulum cum Bertoldūs expoſitum. 73.
Capitulum nominatione gravatur. 35. 156.
Capitulo non fit nominationis inſinuatio. 37. 157.
Capitul. primo de electio in extravagan. expoſitum. num 24. 125. & 126.
Cardinales Papam eligunt. n. 2. 33.
Cardinalis an poſtuletur. 12. 132.
Cardinalium dignitas. eod.
Cardinales pars corporis Papæ. num. 13. 132.
Cardinalium collegium non confert. 4. 59.
Cardinalis eligitur. eod.
Cardinalium indultum. 34. 156.
Caſtimonia preſumitur. 4. 99.
Cathedralis & collegiata Eccleſia. num. 4. 94.
Cathedralis proviſio ad quem ſpectet. 2. 65.
Chriſtiana admonitio. 11. 96.
Chriſtus Petrum ſub conditione elegit. 25. 142.
Clandeſtini actus ſuſpecti. 7. 122.
Celeſtini Papæ imprudentia. 27. 180.
Clauſula communiter vel diviſim. 36. 156.
Clauſula motu proprio. 28. 180.
Clauſula ânteferri. 27. 179.
Clauſula ſi pro alio. 17. 173.
Clauſula decreti. 24. 179.
Clauſulæ à Gallis non receptæ. num. 35. 181.
Clericus de fructibus non diſponit. 11. 7.
Clerici luxu perditi. 12. eod.
Clericus vitiis carere debet. 1. 109.
Clericus cum Eccleſia non contrahit. 11. 152.
Clericus qui ſcienter viventis beneficium impetrat adulter infamis fit. 2. 28.
Clericatus non preſumitur. 4. 88.
Clericatus ſcripto probandus. 5. eod.
Clericatus probatio. eod.
Coadjutor qualis dandus. 8. 111.
Coadjutor ſolus quandoque confert. 10. 67.
Coadjutor quando dari poſſit. num. 5. 29.
Cæſar quo die interemptus. 4. 2.
Collatio ſub conditione an fiat. num. 5. 121.
Collatio fieri poteſt ſub conditione quæ tacite ineſt. eod.
Collatio intra ſex menſes faciunda. 6. 121.
Collatio fructus. 22. 200.
Collatio occulte facta valet. 8. 122.
Collatio an palam fieri debeat. num. 6. 122.
Collatio coram teſtibus fieri debet. 9. eod.

Collatio prior an poſteriorem impediat. 64. 165.
Collatio quid. 2. 120.
Collatio ſimoniaca nulla ipſo jure. 3. *eod.*
Collatio facta nominato, an neceſſaria. 38. 157.
Collatio nulla an confirmetur. num. 12. 123.
Collatio beneficii eſt donatio. num. 1. 75.
Collatio illiteratis fit nulliter. 3. 102. & 103.
Collegii conſenſus communiter preſtandus. 11. 139.
Collegio beneficium nondum vacans confertur. 3. 28.
Collegiata Eccleſia. 4. 94.
Columba ſpiritus ſancti occiſa. num. 10. 139.
Commendari quando dicatur beneficium. 3. 24.
Commendare quid & commenda quando fiat. 4. 25.
Communionis utilitas. 12. 63.
Commenda non eſt titulus. 5. 25.
Commendis hodie quomodo utamur. 6. *eod.*
Commenda quando vacet. 5. 25.
Commenda hodie eſt titulus. 7. *eod.*
Commendarii quid poſſint. 8. *eod.*
Commenda an inducat reſervationem. 16. 56.
Concilium non eſt niſi Papa preſit. 3. 59.
Concilium generale an conferat. num. 1. 59.
Concubinarii beneficiis arcendi. 27. 114.
Concubinarius celebrans irregularis. 28. *eod.*
Conferret dicitur qui per alium confert. 26. 154.
Confirmatio in poſtulatione non neceſſaria. 18. 134.
Confirmatio quo ordine fiat. 3. 65. & 66.
Conjecturæ ſurreptionis. 39. 182.
Conjugati non tenent beneficia. num. 1. 98.
Conſenſus an ſufficiat ex poſt facto. 26. 200.
Conſuetudo in proviſione expectatur. 7. 66.
Correctio quando vitanda. 59. 163.
Crimina quæ privant ipſo jure. num. 13. 112.

D

Decreti liber quando editus. num. 2. 174.
Deformitas quando promotionem impediat. 5. 110.
Dignitas Eccleſiaſtica. 2. 137.
Dignitates electivæ quæ. num. 9. 20. & 21.
Diſpenſationum materia odioſa. num. 4. 20.
Delictum antecedens ad pœnam. 2. 48.

Delinquens renuntiat beneficio. num. 1. *eod.*
Devolutio ad quem fiat. 12. 122.
Devolutio fit cum onere. 16. 152.
Devolutio annullat collationem. num. 65. 165.
Devolutio non fit de vicario ad Epiſcopum. 7. 81.
Deus ignorantes non punit. 5. 101.
Diſpenſationes reſtringendæ. 4. 19.

E

ELectores imperii an renunciationem admittant. 19. 36.
Eccleſiæ verbo an Epiſcopatus & abbatia veniat. 10. 54. & 55.
Electio an fiat ſub conditione. num. 24. 141.
Electio clandeſtina an valeat. 26. 142
Electio non tantum juris quam collatio tribuit. 27. *eod.*
Electio quid. 1. 137.
Electio an ſit ordinis? 18. 140.
Electio per abuſum ſecularis poteſtatis. 20. *eod.*
Electio tribuit jus. 16. 133.
Electio fructus. 23. 200.
Electionum ſolemnia. 9. 139.
Electorum ignorantia quando proſit electo. 23. 141.
Electiva beneficia quæ dicantur. num. 12. 55.
Electivæ dignitates non vacant in curia. 8. 54.
Electivis beneficiis tripliciter providetur. 1. 130.
Electus an habeat jus & nomen Epiſcopi. 7. 49.
Eligere quis poſſit. 12. 139.
Electio quando per procuratorem. 13. *eod.*
Electores non variant. 8. 132.
Eligere qui prohibeantur. 14. 139.
Eligendo delinquentes quando priventur. 19. 140.
Eligi qui prohibeantur. 21. 141.
Eminens ſcientia quæ. 7. 103.
Errores unde fluant. 4. 53.
Epilepticus cur non promoveatur. 6. 111.
Epiſcopatuum proviſio ad quem ſpectet. 6. 111.
Epiſcopatus non vacat adeptionē beneficii. 8. 50.
Epiſcopi beneficia quando vacent. 6. 49.
Epiſcopo aſſerenti cauſam non creditur. 14. 17.
Epiſcopus cujus ætatis eſſe debeat. 4. 149.
Epiſcopus ante adminiſtrationem confert. 8. 67.
Epiſcopus an ſine coadjutore conferat. 9. 67.
Epiſcopus an cum illegitimis diſpenſet. 5. 91.
Epiſcopus an ſolus conferat beneficia. 6. 66.
Epiſcopus accuſatus an confe-

rat. num. 13. pagina *67*.
Epiſcopus depoſitus Epiſcopi jura exercet. *eod.*
Epiſcopus carnalis affectus. 4. 175.
Epiſcoporum ætas. *9*. *95*.
Epiſcoporum dignitas. 3. 138.
Excommunicatus non poteſt eligi. 22. 141.
Excommunicatus an eligat. *16*. 140.
Executor quando habeat juriſdictionis exercitium. 22. 125.
Executor quando conferat. 1. 84.
Executor non reſervat. 2. *eod.*
Executor duplex. 5. 175.
Exprimanda in mandatis. 37. 182.
Exterus in Gallia non habet beneficium. 12. 105.

F.

FAcultas non nominat. 31. 155.
Falſarius literarum Papæ. 24. 114.
Forma mandati an ſubſtantialis. num. 33. 181.
Fructus beneficii vacantis ſervantur ſucceſſori. *9*. 7.
Fructus clericus non facit ſuos. num. 10. 7.
Fulminare proceſſum. 55. 18*6*.
Fundare quid. 12. 1*9*7.
Factum à majori parte attendeadum. *6*. 131.

G

GAlli non exprimunt verum valorem beneficii. 54. 1*62*.
Galli ſoli pragmaticam receperunt. 12. 2*6*.
Galli mandata generali recipiunt. 58. 187.
Gallorum de commendis uſus. 10. 2*6*.
Gallorum Eccleſia, pragmaticam recepit. 15. 55.
Gratiæ verbo. *9*. 150.
Gratia quando dicatur informis. num. 22. 125.
Gratia ante vacationem conditional. 11. 150.
Gratia tertia quando effectum habeat. 1*9*. 178.
Gratiam an capitulum faciat. num. 7. 131.
Gratianus ex adulterio natus. 3. *91*.
Gratificationi quando locus. *62*. 1*6*4.

H

HÆreticorum judices quales. 11. *96*.
Hæreticus ipſo jure privatur. num. 17. 113.
Hiſtriones & mimi arcentur beneficiis. 10. 111. & 112.
Homicida dicitur; & qui non occidit. 3. 119.
Homicida beneficio non privatur ſtatim. 14. 112.

Homicidium qualificatum. *eod.*
Homicida an reſignare poſſit. num. 15. *eod.*
Hora inducit prioritatem. 43. 184.
Hoſpitalia an beneficii verbo veniant. 1. 10.
Hoſpitalia an exprimenda. 3. 11.
Hoſtienſis opinio probata. 5. *66.*

I

IGnorantia electorum quando proſit electo. 23. 141.
Ignorantia an excuſet à ſurreptione. 38. 182.
Illegitimi beneficiorum incapaces & ordinum. 1. *90.*
Imperii electores an renuntiationem admittant. *19.* *36.*
Impetrans poſterior quando preferatur. 44. 184.
Impetrans originem exprimit. num. 11. 105.
Impubes non eſt canonicus 2. *94.*
Impubes quando capax primæ tonſuræ. 3. *eod.*
Infirmitas non privat clericum beneficio. 7. 111.
Inquiſitorum ætas. 10. *95.*
Inſinuatio nominationis quando facienda. *60.* 1*63.*
Infames arcentur beneficiis. 1. 10*9.*
Indigni ad poſtulandum. 1. 131.
Inſinuari an poſſint capitulo inſinuationes. 37. 157.
Inſtitutio ſpreto patrono nulla. num. 25. 200.
Inſtitutio quid. 15. 123.
Intruſus quis dicatur. 17. 124.
Inveſtitura propria & abuſiva. num. 1*6.* 123.
Iudices ſanguinarii admonendi. num. 4. 110.
Iuriſdictionem qui clerici habeant. *6.* 103.
Ius ad rem facile perditur. 15. 3*6.*
Ius ad rem & in re quando quæratur. 14. 123.
Ius ad rem effectivum. 12. 151.
Iuspatronatus. 2. 1*95.*
Iuris patronatus acquiſitio. 3. *eod.*
Iuspatronatus quid. 4. *eod.*
Ius patronatus ſpirituali annexum. 5. 1*96.*
Iuspatronatus cur habeant laici. num. *6.* *6.*
Ius patronatus ſpirituale & temporale. 7. *eod.*
Iuri patronatus quandoque non favetur. 13. *63.*
Illiterati non habent beneficia. num. 3. 102.

L

LAici non tractant ſpiritualia. num. 5. 73.
Laicus à ſocio clerico non damnificatur. 12. *63.*
Laicus cur tenet. juſpatronatus. num. *6.* 1*96.*
Laicus non tractat ſpiritualia. num. 5. *6.*
Legatus an deroget patrono lai-

co. num. 33. 202.
Leg ati à latere qui. 1. *61.*
Legati miſſi qui. 2. *eod.*
Legati nati qui. 3. *eod.*
Legati Cardinales conferunt beneficia. 4. *eod.*
Legatus de ſpecialiter commiſſis non cognoſcit. 15. *63.*
Legatus Cardinalis quando non conferat. 16. *eod.*
Legatus non derogat patrono laico. 12. *eod.*
Literarum juſtitiæ & gratiæ differentia 7. 176.
Literæ duplicatæ quæ. 61. 164.
Literæ juſtitiæ, gratiæ quæ ſint favorabiliores. 7. 176.
Literæ teſtimoniales. 5. 88.
Literæ monitoriæ, præceptoriæ, executoriæ quæ. 3. 175.
Literarum triplex forma. 6. 175.
Literæ gratiæ, juſtitiæ, cum ſecundum quæ. 176.
Literis ad beneficia tacite renunciatur. 15. 36.
Litera in forma communi. 10. 176.
Litera dignum arbitramur. 11. *eod.*
Literæ facultatis. 12. *eod.*
Literæ rationi congruit. 14. 177.
Literæ ſi neutri. 15. *eod.*
Litigioſum beneficium nemo acceptare tenetur. 60. 187.
Litigioſum beneficium eſt reſervatum. 13. 55.

M

Major pars electioni conſentiat. 28. 142. & 143.
Major pars quæ dicatur. 29. 143.
Majorem partem conſentire quandoque non ſatis eſt. 6. 131.
Mala fides an poſſeſſionem quærat. 4. 71.
Mandatarius omnibus præfertur. num. 25. 153.
Mandatarius primum vacans acceptare cogitur. 21. 178.
Mandatarius primo vacans acceptat. 59. 187.
Mandata an morte Papæ revocentur. 54. 186.
Mandata quando expirent. 52. *eod.*
Mandatario beneficium reſignatum debetur. 67. 165.
Mandatario fit collatio neceſſaria. 5. 76.
Mandatorum origo. 3. 175.
Mandati forma apud Gallos. 33. 181.
Mandatis pluribus Eccleſia non gravatur. 16 178.
Mandatorum gravamen in Gallia. 18. *eod.*
Mandatum generale eſſe oportet. 36. 181.
Mandatum non afficit beneficium, 40. 183
Mandatarius concurrentibus quis præferatur. 42. 184.
Mandatum an tribuat jus ad rem. num. 40. 183.

Manus

Manus Papalis appoſitio. 14. 55.
Matthei locus expoſitus. 4. 110.
Matrimonio vacat beneficium, num. 9. 50.
Matrimonium ſpirituale. 11. 132.
Matricula an neceſſaria. 44. 159.
Mendicantes quando incapaces beneficiorum. 15. 105.
Miracula in humanæ rationis exemplum produci non debent. 4. 88.
Mendicantes poſſunt nominari. num. 6. 149.
Modi quærendi jus patronatus. num. 11. 197.
Monachi imperiti. 2. 102.
Monachiſmus omne vitium purgat. 4. 91.
Monachus creator Epiſcopus. num. 14. 105.
Monialis pubes eligit. 15. 140.
Motus proprius quando nihil operetur. 8. 14.
Motus proprius quando nihil operetur. 30. 180.
Motus proprius inferioris. 31. *eod.*
Motus proprius non præſumitur. num. 32. *eod.*
Mulier quærit juſpatronatus. 15. 198.
Monogamus trigamus. 3. 99.
Mulieres caſtæ raræ. 4. *eod.*

N.

Negligentia quando imputetur. 45. 184.
Negligentia patroni. 30. 201.
Negligens an beneficium acceptet. 17. 152.
Nobilium prærogativæ. 43. 158.
Nominandus à Rege debet habere gradum. 5. 149.
Nominare qui poſſint. 27. 154.
Nominatio cur introducta. *eod.*
Nominari qui poſſint. 40. 157.
Nominatio ad vacatura. 7. 149.
Nominatio quid. 8. *eod.*
Nominationes ſunt gratiæ. 9. 150.
Nominatio an tribuat jus ad rem. num. 10. 150.
Nominatio ad quæ beneficia trahatur. 66. 165.
Nominationibus qui graventur. num. 33. 156.
Nominatio in quo differat à poſtulatione. 1. 148.
Nominatio quando jus tribuat. num. 2. 149.
Nominatos an legatus prejudicet. 16. 63.
Nominatus an vicarium requirat. 13. 151.
Nominatus intra quod tempus petat beneficium. 15. 151. & 152.
Nominationum ſubſtantialia. 42. 158.
Numerus pluralis in ſingularem. num. 17. 178.
Nuptiæ illegitimæ an inducant vocationem. 10. 50.
Nuptiæ inter Epiſcopum & Ec-

cleſiam.
Nominatus non tenetur exprimere beneficia non vacania. 50. 161.

O

OFficium quid. 8. 138.
Optio non impedit permutationem. 9. 43. & 44.
Ordinarii tres concurrunt in collatione. 5. 61.
Ordinarius quis. 1. 65.
Ordinarius collator quis. 11. 122.
Oriundus cur in beneficio preferendus. 9. 104.

P

PApa non major Epiſcopo. num. 3. 138.
Papa revocat gratias. 53. 186.
Papa non preſumitur laïcis derogare. 34. 202. & 203.
Papa jus tribuit ad vacatura. 1. 28.
Papa ſine cauſa non privat beneficio. 2. 53.
Papa Paſtor non princeps. 3. *eod.*
Papa eſt ſupra concilium. 2. 59.
Papa non poteſt quodlibet. 5. 54.
Papæ quando non eſt parendum. num. 6. *eod.*
Papa concurrit cum ordinario. num. 7. *eod.*
Papa imperatorem deponit. 20. 37.
Papa cum quocumque concurrit. num. 63. 164.
Papa omnium doctiſſimus. 8. 104.
Papa Papatui renuntiat. 6. 34.
Papa electus non confirmatur. 7. *eod.*
Papa quando dicatur conferre. num. 26. 154.
Papa contra Dei legem nihil poteſt. 4. 103.
Papæ in beneficiis ſumma poteſtas. 1. 53.
Parricida privatur ipſo jure. 16. 113.
Parochialis Eccleſia. 21. 153.
Partitio totius tractatus. 1. 1.
Pater & filius una perſona. 20. 199.
Pater an filium preſentet. 19. *eod.*
Patria poteſtas quando non ſpectetur. 21. 200.
Patriæ dulcis amor. 10. 104.
Patri teſtanti de meritis filii non ſtatur. 15. 17.
Patronata an ſint de reſervatis. num. 8. 54.
Patroni conſenſus in collatione neceſſarius. 10. 122.
Patronus ab Eccleſia alendus. num. 7. 196.
Patronatus laicus & Eccleſiaſticus. 8. *eod.*
Patronus quis. 1. 195.
Patroni plures eodem jure fruuntur. 14. 198.
Patronatui laico Papa an deroget. num. 32. 202.

Penſionem quis conſtituat. *9*. 14.
Penſio ad tempus non ſeparatur. num. 10. 14. & 15.
Penſio an quantitative imponenda. 11. 15.
Penſio an exprimi debeat. *46*. 160.
Penſio an ſit beneficium. 1. 12.
Penſionarius ad quid tenetur. 2. *eod.*
Penſio beneficio non commutatur. 3. *eod.*
Penſio an nuptiis perdatur. 4. *eod.*
Penſio an exprimenda. 5. 13.
Penſionis finitio. *6*. 14.
Penſionis conſtituendæ multiplex cauſa. 12. 15.
Penſio in fraudem preſumitur impoſita. 13. 16.
Penſionis moderata portio. 7. 14.
Perjurius beneficiorum incapax. num 11. 112.
Perjurium non privat ipſo facto. num. 12. *eod.*
Permutatio quando preſumatur injuſta. 10. 44.
Permutationis fraus quanda preſumatur. *eod.*
Permutationi an authoretur Epiſcopus ſpretis patronis. 2*9*. 201.
Permutatio unde effectum ſumat. num. 2. 42.
Permutans non exprimit beneficia. 7. 43.
Perſonatus quid. 7. 138.
Pœna contra ignorantes nulla. num. 25. 17*9*.
Poſtulantes quando varient. 8. 132.
Poſtulantes indignum an privati ipſo jure. 15. 133.
Poſtulatio quid. 2. 130.
Poſtulare qui poſſint. 3. 130. & 131.
Poſtulatio innititur gratiæ. 1*9*. 134.
Poſtulatio non ſolemnis. 20. *eod.*
Poſtulari qui poſſint. *9* 132.
Poſtulationem quis admittat. 17. 134.
Poſtulationum concordia qualis. num. 5. 131.
Poſſeſſio ſecunda an injuſta preſumatur. 8. 71.
Poſſeſſio apprehenditur per ſignaturam. 1*9*. 124.
Poſſeſſio ultima attenditur. 7. 71.
Poſſeſſionem intrare cum ſignatura. 20. 125.
Poſſeſſor malæ fidei non lucratur fructus 4. 71.
Poſſeſſorium beneficii temporale. 8 *6*.
Prebenda dupliciter accipitur. 4. *eod.*
Preceptoriæ Rhodienſes. 2. 11.
Preces quando ſimoniam inducant. 4. 120.
Presbiteratus literæ ordines probant. *6*. 88.
Presbiteri ætas. *6*. *95*

Preſentatio à majori parte patronorum. 30 143.
Preſentatio fructus. 24. 200.
Preſentatio indigni. 31. 202.
Preſentatio non fit de abſente. 18. *199*.
Preſentatio jus ad rem tribuit. num. 16. 36.
Preventioni quando ſit locus. 7. *62*.
Primiceriatus an dignitas. *6*. 138.
Prior Conventualis habet dignitatem. 4. *eod.*
Prior tempore prior eſt jure. 164.
Prioratus conventualis qui. 8. *95*.
Probitas, regulas juris mutat. 3. 87.
Procûrator à quo recte conſtituatur. 13. 139.
Procurator in rem ſuam non revocatur. 10. 26.
Prohibitum una via, altera non permittitur. 7. 43.
Proviſio verbum generale. 1. 120.
Pupilli non ſunt capaces beneficiorum. 2. 94.

Q

QUalitate jure communi inhærentes non exprimendæ. 57. 163.
Qualitates beneficiorùm exprimendæ. 56. 162.
Quaſi poſſeſſio conferendi. 1. 70.

R

REcepto in canonicum prebenda promittitur. 4. 28.
Recredentiam habens non poſſidet. 51. 161.
Regularia regularibus conferenda. *6*. 20.
Reg. cancella. de non judicando declarata. 23. 125.
Regula de veriſimili an in ordinario obſtet. 8. *62*.
Regula de veriſimili quando ceſſet. *9*. *eod.*
Regularia regularibus. 51. 185.
Regularis quando ſeculari preficiatur. 13. 105.
Relativum aliquo. 50. 185.
Renuntiatio quando in manu ſuperioris. 56. 186.
Renunciatur tacite gratiæ. 57. *eod.*
Renuntians per procuratorem. num. 8. 34.
Renuntians quando beneficium repetat. *9*. *eod.*
Renuntiatio inutilis. 10. 34.
Renuntiatio meticuloſa valet. 11. 35.
Renuntiatio præſumitur ſpontanea. 12. *eod.*
Renuntiatio quando dicatur ſimoniaca 13. *eod.*
Renuntiatio ex permutatione permiſſa. 1. 42.
Renuntiatio in manu ſuperioris facienda. 14. 35.

Renuntiationi quis præſteti autoritatem 18 36.
Reſcripti verba inſpicienda. 25. 179.
Reſervatio beneficii odioſa eſt. num. 11. 55.
Reſervatio inutilis non afficit. num. 14. eod.
Reſervatis Papa authoratur.4. 53.
Revocationem ignorans ſi conferat. 9. 82.
Rex Galliæ ad prælaturas nominat. 3. 149.
Res unita & addita, naturam ejus cui adjicitur redolet. 1. 10.
Regis Gallorum privilegium. 3. 149.

S

SAcrilegiorum diverſa pœna. num. 26. 114.
Sacrilegus beneficii incapax. 25. eod.
Sanctimonia ſuplet defectum. num. 2. 87.
Scientia quæ in clericis exigatur. num. 7. 103. & 104.
Scientia & patientia quando pro conſenſu. 28. 201.
Scientia in promovendo neceſſaria. 1. 102.
Scientia neceſſaria in incorporalibus. 6. 71.
Schiſmaticus quis. 18. 113.
Schiſmaticus omnibus beneficiis privatur. 19. eod.
Sepultura mortui clerici an expectanda. 7. 29.
Sequeſter an conferat beneficia. 1. 72.
Sequeſtri finis. 2. eod.
Sequeſter omnis confert. 3. eod.
Sequeſter voluntarius & neceſſarius. 3. eod.
Signatura an ad poſſeſſionem ſufficiat. 18. 124.
Signatura perficit gratiam. 125.
Simonia non inducitur voluntate. 13. 35.
Simonia in ſpiritualibus contrahitur. 3. 5.
Simoniacus quando hæreticus dicatur. 20. 113.
Simoniacus incapax beneficii. 21 & 22. 113. & 114.
Specialia duo an concurrant. 25. 154.
Spoliatus an teneatur exprimere titulum. 48. 160.
Spoliatio non aufert titulum. 49. eod.
Sponſalia non faciunt vacare beneficia. 11. 50.
Spurius quandoque Papa creatur. 2. 91.
Superior in renuntiatione quis. num. 17. 36.
Suſpenſus non eligit. 17. 140.
Suſpenſus non eligitur. 22. 141.
Suſpenſus ab officio, quando à beneficio. 29. 114.
Scientia eminens. 7. 103.

Stilus Curiæ Romanæ. 18. 134.

T

TAciturnitas quando habeatur pro conſenſu. 28. 201.
Taurini univerſitas. 30. 155.
Theologalis prebenda cui debita. 19. 152.
Tempus nominatis & graduatis datum. 18. *eod.*
Tempus datum patronis ad preſentandum. 9. 197.
Tempus legitimũ ſtudii. 41. 158.
Titulus pœnam non irrogat. 5. 49.
Titulus coloratus quis. 2. 24.
Tonſura confert ordinem. 1. 86.
Tractatus non infert conſenſum. num. 3. 43.
Tutor non prefertur pupillo in preſentando. 17. 199.

U

VAcatio beneficii multiplex. 1. 32.
Vacationis modus expreſſus cæteros excludit. 33.
Vacatio primi quando ademptione ſecundi. 4. 49.
Valor in nominatione exprimendus. 52. 161.
Variare quando poſſit patronus. num. 10. 197.
Vacare in aula quæ beneficia dicantur. 8. 54.
Vicarii recuſatio non devolvit. num. 14. 151.
Vicarius non confert Epiſcopo. num. 6. 81.
Vicarius vicarii vicario confert. num. 7 *eod.*
Vicarius quæ ſunt gratiæ non explicat. 1. 80.
Vicarius non confert beneficia. num. 2. *eod.*
Vicarius an dioceſim conferat. num. 3. 81.
Vicarius an nominato quæratur. num. 13. 151.
Vicegerens Papæ an conferat. num. 17. 56.
Villa mutata quæ. 20. 153.
Vitiatus corpore quis. 2. 109. & 110.
Unanimiter quid fiat. 5. 131.
Vniverſitas corpus fictum & imaginarium. 29. 143.
Vniverſitas an nominationem revocet. 39. 157.
Vniverſitas ordinaria poteſtate utitur. 32. 156.
Vniverſitas cur nominet. 28. 154.
Vniverſitates quæ nominant. 29. 155.
Vniverſitas nova an nominet. 30. *eod.*
Vnus actus quando tribuat poſſeſſionem. 2. 70.
Vſurarius eſt infamis. 24. 114.
Vxor an preferatur marito in preſentando. 16. 198.
Vxorem marito vivente ducens. num. 2. 28.

*FINIS.*

# INDEX ADDITIONUM IOANNIS SOLIER.

## A

ABbas & Abbatiſſa cujus ætatis eſſe debeant. vid. ætas Monachus in Abbatem promoveri non poteſt ſine licentia ſuperioris. fol. 136. num 20.
Abbatia & Epiſcopatus æquiparantur, & dicuntur, culmina dignitatum. 143. 2.
Abſens impeditus in tali loco à quo ad electionem vocari non debuit, non poteſt conſtituere procuratorem ad eligendum. 144. 13.
Impeditus tempore electionis poteſt conſtituere procuratorem unum de Collegio ſacris initiatum. *Ibid.*
In vocandis abſentibus ſervanda eſt conſuetudo. *ibid.*
De conſuetudine Franciæ vocandi ſunt abſentes de toto regno. *Ibid.*
Si non conſtet de conſuetudine remoti ultra duas dietas non ſunt vocandi. *Ibid.*
Ubicumque ſint abſentes ſemper ſunt vocandi modo id commodè & ſine periculo fieri poſſit. *Ibid.*
Nec habenda eſt ratio an quis ſit in provincia vel extra. *Ibid.*
Ætas ſeptem annorum apud nos ſufficit ad Capellanias & miſſarum commiſſiones. *96. 2.*
Ad Prioratus ſeculares ſimplices an eadem ſufficiat vel provectior deſideretur? controvertitur. *Ibid.*
Ad canonicatum in Cathedrali 14. in Collegiata decem annorum requiritur completorum. *Ibid.*
Ad dignitates curam animarum habentes 25. in aliis ſine cura 22. inceptorum. *Ibid.*
Ad Epiſcopatum jure communi 30. apud nos 27. *98. 9.*
Ad Abbatiam 25. apud nos 23. inceptorum. *97. 7.*
Ad Abbatiſſatum 40, vel ſaltem 30. *Ibid.*

Ad Prioratus regulares cura conventuque carentes viginti. 98. 8
Accuſatus de gravi crimine non poteſt ad dignitates promoveri & quæ crimina dicuntur gravia. 116. 10.
Archidiaconatus de jure communi cenſetur prima poſt pontificalem dignitas. 144. 5.
Archidiaconatus & Archipresbyteratus impropriè hodie appellantur dignitates. *Ibid.*
Sunt referendi inter perſonatus cum nuda & ſimplici præeminentia. *Ibid.*
Tamen cum de præcedentia agitur cōſideratur etiam ſolus habitus. *Ibid.*
Archidiaconus ſi celebrare vult Archipresbytero præfertur. *Ibid.*
Debet eſſe magiſter in Theologia, aut doctor vel licentiatus in jure canonico. *Ibid.*

B

Beneficium non bene Sacerdotium appellari à Coraſio 3. 1.
Pro feudo uſurpari. *Ibid.*
Hinc magnum inter Fredericum 3. & Adrianum 4. diſſidium. *Ibid.*
Male reſtringitur ad perceptionem fructuum. 7.
Ejus recta definitio 8.
Solo verbo collatum ſimpliciter renunciari, non in favorem. 39. 8.
Renunciari non poſſe abſque ſuperiore. 39. 14.
Fallit in tacita renunciatione. 40. 14.
Et in beneficio litigioſo. 41. 16.
Beneficia alia majora: alia media: alia infima, & quæ ſint hujuſmodi. 21. 1.
Præceptoriæ & commendæ ordinum non ſunt beneficia. 11. 2.
Omnia ſimplicia de jure reſidentiam requirunt. 16. 2.
Secus de generali conſuetudine obtinet; niſi ſint ſervitoria vel fundatione aliud caveatur. *Ibid.*
Regularia cura & adminiſtratione carentia ordinarii collatores conferunt profiteri volentibus. 22. 6.
Secus ſi curam habeant vel adminiſtrationem. *Ibid.*
Regularia regularibus & ſecularia ſecularibus ſunt conferenda fallit in Epiſcopatu & in Eccleſiis parochialibus. *Ibid.*
Item in caſu neceſſitatis. *Ibid.*
Item in militiis ſancti Jacobi, & ſimilibus. *Ibid.*

Bigamia

Bigamia triplex vera interpretativa & ſimilitudinaria. 100. 1.
Verus bigamus eſt qui ſucceſſivè duas habuit uxores. *Ibid.*
Interpretativus qui viduam aut meretricem duxit vel uxorem ſuam adulteram cognovit etiam ignoranter. *Ibid.*
Similitudinarius dicitur qui in ordine ſacro conſtitutus vel voto ſolemni abſtrictus matrimonium contraxit & conſummavit. *Ibid.*
Bigamus cur non poſſit ordinari duplex aſſignatur ratio. *Ibid.*
Cum bigamo vero vel interpretativo non diſpenſat Epiſcopus contra Coraſium. *Ibid.*
Diſpenſat tamen cum ſimilitudinario. *Ibid.*

C

Canonici regulares in multis à Monachis differunt. fol. 107. n. 14.
1. Canonici regulares regulæ inſerviunt laxiori. *Ibid.*
2. Monachi præfici non poſſunt Parochialibus Eccleſiis ſecularibus propter prohibitionem Concilii, canonici poſſunt. *Ibid.*
3. Monachus parochiali Eccleſiæ præfectus tenetur habere ſocios ſui ordinis. *Ibid.*
4. Monachi fundatores habent benedictum & Baſilium Canonici regulares fuerunt ab initio naſcentis Eccleſiæ. *Ibid.*
Eos ſanctus Marcus Alexandriæ inſtituit. *Ibid.*
In proceſſionibus & aliis actibus præcedere debent. *Ibid.*
Hodie aſſumi non poſſunt ad regimen parochialium ſecularium ex decreto Gregorii XIII. abſque Papæ diſpenſatione. *Ibid.*
Capitulum ſede vacante poteſt conferre ex cauſa permutationis admiſſæ per Epiſcopum. 45. 6.
Non ſuccedit Epiſcopo niſi in caſibus à jure expreſſis. 78. 4.
Nec ſufficit expreſſio generalis, ſed debet eſſe ſpecifica. *Ibid.*
Non poteſt graduatis conferre ut tenent multi, ſed praxis contrarium ſervat. *Ibid.*
Non reperitur expreſſum quod capitulum ſede vacante conferre poſſit expectantibus. *Ibid.*
Clauſula aut alio quovis modo non extendit gratiam ad vacationem per obitum. 37. 2.
Niſi à Papa fuerit appoſita. *Ibid.*
Non ſubjacet regulæ de veriſimili notitia. *Ibid.*
Apponi poteſt ab ordinario ante devolutionem, non poſt. *Ibid.*

Collatio ſeu. electio poteſt fieri nondum humato corpore. 31. 7.
Præbendarum Eccleſiæ cathedralis eſt Epiſcopi cum conſilio capituli ubi eorum bona ſunt diſcreta. fol. 68. num. 5.
Propter magnam illorum communionem. *Ibid.*
Quæ ratio improbatur à Lotterio & alia adducitur. *Ibid.*
Idem de aliis præbendalibus dignitatibus & perſonatibus. *Ibid.*
Exceptis canonicatu doctorali, Theologali & pænitentiali qui ad nominationem Epiſcopi conferuntur. *Ibid.*
Præbendarum Eccleſiæ Collegiatæ ſpectat ad Epiſcopum præſentatio vero ad Capitulum. *Ibid.*
Vnica ſortita effectum ſufficit ad acquirendam poſſeſſionem juris conferendi. *ibid.*
Vbi de collatione conſtat præſumitur effectum ſortita. *Ibid.*
Non ſpectat ad creditorem pignoris, ſed ad Dominum. 73. 4.
Secus dicendum de ſequeſtro & ratio differentiæ aſſignatur. *Ibid.*
Non eſt ex juriſdictione quia Epiſcopo non competit jure Magiſtratus, ſed ſpeciali legis conceſſione. *Ibid.*
Expeditur ab Epiſcopo ex officio citra imperium & juriſdictionem, ſicut conſecratio & ordinatio. *Ibid.*
Niſi proponantur per modum actionis. *Ibid.*
Quare extra territorium poſſit exerceri. *Ibid.* 2.
Improbatur diſtinctio inter contentioſam & voluntariam juriſdictionem. *Ibid.*
Facta imperito eſt injuſta, ſed non eſt ipſo jure nulla contra Coraſ. niſi facta fuerit penitus illiteratis. 106. 3.
Comprehendit omnes providendi modos ubi verbum collatio profertur à lege ſecus ſi proferatur in reſcriptis. 126 1.
Expediri non poteſt per ſecretarium qui non ſit Notarius quod tamen apud nos non ſervatur. 127. 9.
Concurſus in data ubi inter plures proviſos à diverſis collatoribus intervenit, præfertur qui prior eſt in poſſeſſione. 192 42.
Modo ſi agatur de canonicatu poſſeſſio tradita fuerit per capitulum; alias cenſetur nullius momenti. *Ibid.*
Nemine poſſidente præferendus eſt qui habet horam in data. *Ibid.*
Si nullus habeat poſſeſſionem neque horam præfertur proviſus Apoſtolicus. *Ibid.*

Et virtus poſſeſſionis non ſubintrat in ſucceſſore cujus deceſſor non fuit in poſſeſſione. *Ibid.*

Habens poſſeſſionem præfertur habenti horam. *Ibid.*

Utroque autem poſſidente præferri debet qui habet horam diei captæ poſſeſſionis. *Ibid.*

D

Dignitas uni de gremio Eccleſiæ conferenda poteſt à proviſo retineri & canonicatus reſignari. 191. 35.

Ex generali conſuetudine non poteſt conferri niſi canonico ejuſd. Eccleſiæ, vero ſcilicet vel creato ad effectum. *Ibid.*

Generaliter prolata non comprehendit electivas. 57. 9.

Devolutio locum habet in præſtimoniis ſeu capellis laicalibus contra Molin. 127. 6.

E

Electio Papæ confirmatur à Deo. 39. 7.

Criminoſi non valet nec poſtulatio niſi ad meliorem frugem tranſierit. 135. 2.

Vbi locum habere poteſt, poſtulatio non procedit. *Ibid.*

Quibus competit, competit & poſtulatio. *Ibid.*

A quo confirmanda venit ab eodem poſtulatio admittenda. *Ibid.*

Non admittit conditionem etiam de præſenti vel præterito contra Coraſium. 145. 24.

Epiſcopus diſpenſat cum illegitimis ad ordines minores & beneficium ſimplex unicum contra Paſtorem. 91. 5.

Etiam ſi adulterini ſint ex conjugata Epiſcopo vel Religioſo contra Rebuffum. *Ibid*

Debet tamen fieri expreſſio qualitatis partus. *Ibid.*

Poteſt diſpenſare cum illegitimis ad dimidiam portionem in Cathedrali & ad Canonicatum in Collegiata, *Ibid.*

Error communis facit jus etiam in ſpiritualibus. 69. 13.

Non tamen in ſacramentalibus. *Ibid.*

Non juvat ubi deeſt authoritas ſuperioris. *Ibid.*

Executores litterarum in forma dignum poſſunt alteri committere vices ſuas quoad examen. 84.

Expreſſio hoſpitalitatis imo & patrimonii in litteris juſtitiæ olim neceſſaria. 12. 3.

Hoſpitalium & præſtimoniarum in nominationibus univerſitatum non requiritur contra Coraſium. 170. 45.
Beneficia litigioſa in eiſdem nominationibus exprimenda contra eundem Coraſium. 171. 50.
Qualitates obtentorum debent exprimi in nominationibus. Ibid.

F

Filius eget diſpenſatione ad beneficium patris obtinendum non autem pater ad beneficium filii. 92. 5.
Fructus beneficii clericus facit ſuos & de his teſtari poteſt & inter vivos diſponere contra Coraſium quia ſic habet conſuetudo juri divino aut naturali non adverſa. fol. 8. num. 10. & 11.

G

Graduatus vid. nominatio.
Ad parochialem Eccleſiam in villa murata non ſufficit ſtudium ſine gradu. 170. 22.

H

Homicidium & perjurium non inducunt privationem ipſo jure niſi homicidium eſſet inſidioſum. 50.
Ex homicidio qualificato non reſultat vacatio beneficii niſi quatenus reperitur. expreſſum. 116. 12.
Fallit in aſſaſſinio vel quovis homicidio inſidioſo contra Coraſium. Ibid.
Beneficium non vacat ipſo jure ob crimen parricidii matricidii fratricidii aut infanticidii. Ibid.
Niſi conſulto fuerit perpetratum. Ibid.
Hoſpitale ultra triennium uni & eidem non eſt committendum. 11. 1.
Hoſpitalia Leproſarias & alia id genus in nominationibus exprimi non eſt neceſſe contra Coraſium. 170. 46.
Idem de præſtimoniis. Ibid.

I

Impetrans beneficium viventis perpetuo fit ad illud inhabilis. 30. 2.
Etiamſi ignoranter ſupina tamen ignorantia. Ibid.
Capitulum cum veniſſent de reſtit. ſpoliat. in adverſum ab authore allatum explicatur. Ibid. 4.
Impetrans per privationem quamvis prior in data excluditur à reſignatario cui litem non movit. 38. 5.

Impetratio per incapacitatem & jure devoluto non ſubjacet regulæ de veriſim. not. obit. 37. 2.

Inſinuatio indultarius qui primus ordinario inſinuavit præfertur cæteris licet in litterarum data poſterior ut vult Loüet. 193. 42.

Inſinuatio gradus & nominationis poteſt fieri capitulo ſede vacante contra Coraſium. 170. 37.

Inſtitutio inveſtitura & in poſſeſſionem inductio differunt. 128. 19.

Inveſtitura exolevit apud nos. *Ibid.*

Irregularitas contrahitur ab eo qui verendum vel partem verendi ſibi amputavit. 115. 2.

Aut qui morbo venereo vel à marito abſciſus illud amiſit. *Ibid.*

Irregulari ex defectu ad uſum unius ordinis & non alterius ſuſcepti poteſt dari beneficium non requirens majorem uſum. *Ibid.* 5.

Deformati antequam ordinentur, nec ad tonſuram nec ad ſimplex beneficium promoveri poſſunt. *Ibid.*

Non infamatus apud bonos quāvis accuſatus promoveri poteſt. 116. 10.

Extinguit quaſvis expectativas & jus ad rem. 172.

Jus inſtituendi & confirmandi tranſit ad capitulum quia eſt de mera juſtitia & inter juriſdictionalia reputatur. 77. 2.

Juspatronatus tranſit ad hæredes univerſales tam ſanguinis quam extraneos. 204. 4.

Non tranſit ad filios fundatoris niſi ſint hæredes. *Ibid.*

Niſi aliud in fundatione caveatur. *Ibid.*

Gentilitium non poteſt cedi extraneo per alium patronum quam per ipſum fundatorem in præjudicium ſequentium in gradu. *Ibid.*

Non tranſit in fideicommiſſarium ſed remanet penes heredem etiam reſtituta tota hereditate. *Ibid.*

Maritus & non uxor Juſpat. fundo dotali annexum exercere poteſt contra Coraſium. 205. 10.

Quia eſt Dominus rerum dotalium & ad ipſum omnes fructus indiſtinctè pertinere debent. *Ibid.*

Pupillus eſt Dominus juriſpat. & major ſeptennio præſentare poteſt privativè ad tutorem. 206. 17.

Ex honeſtate tamen pupillus præſentat tutore auctore. *Ibib.*

Papa in Gallia juſpat. laicorum non attingit niſi devolutum contra Coraſium. 206.

L

Legati miſſi ſimpliciter qui dicantur? Cardinales vocantur à latere; nati verò qui ſint? *63.* 2.
Nati nihil ultra dignitatem habent, quæ nec juriſdictionem, nec poteſtatem auget. *Ibid.*
Legatus à latere, imò nec Papa ipſe juripat. laicis quæſito ex præſcriptione vel privilegio non derogat. *64.* 13.
Legatus à latere non prævenit ordinarios in præjudicium graduatorum. *Ibid.*
Derogat tamen regulæ de infirmis in præjudicium eorundem. *Ibid.*
Legatus à latere non confert graduatis ſimplicibus quia non habet gratificationem. *Ibid.*

M

Mandata Apoſtolica de providendo tres litterarum ſpecies continebant, Monitorias, præptorias & executorias. 84.
Directa vicario ſeu officiali, Epiſcopus non poteſt exequi. *Ibid.*
Non poteſt Vicarius ſe intromittere in cauſa ſeu juriſdictione Epiſcopo delegata. *Ibid.*
Adrianus IV. mandatis Apoſtolicis initium dedit in gratiam Hugonis Franciæ Cancellarii. 187. 1.
Primo rogando & poſtmodum præcipiendo. *Ibid.*
Sed tardioribus ad obediendum ordinariis additæ ſunt executoriales. *Ibid.*
Ad vacatura penitus abolita à Concil. Trid. 189. 10.
Si mandatarius beneficium primo vocaturum non acceptet aut in irregularitatem incidat gratia extinguitur 194. 50.
In forma dignum, de vacantibus in Gallia olim nullus uſus hodie frequentiſſimus. 189. 10.
De providendo differunt à mandatis in forma dignum illa jus non tribuunt ante executionem. *Ibid.*
Quia non habent vim proviſionis nec ligant manus ordinarii. *Ibid.*
Proviſiones in forma dignum ſunt gratiæ perfectæ & conſtito de idoneitate perinde eſt ac ſi tempore datæ fuiſſet facta collatio. *Ibid.*
Celeſtinus V. mandatum de providendo cum clauſula anteferri conceſſit non adjecta limitatione ad expectantes auctoritate præce-

ceſſorum ut moris erāt. 190.

N

Nominatio ad beneficium triplex, electorum, patronorum & univerſitatum. *166.* 2.

Electorum duplex ſolemnis & non ſolemnis ſeu ſimplex & quid unaquæque. *Ibid.*

Solemnis tribuit jus nominato nec variare licet ut ſemel fuit præſentata ſuperiori. *Ibid.*

Differt re & nomine à poſtulatione. *Ibid.*

Simplex non tribuit jus nominato. *Ibid.*

Patronorum abſenti collatori facta nullum tribuit jus nec impedit præventionem Papæ nec variationem patroni Eccleſiaſtici. *Ibid.*

Vniverſitatum quamvis collatori inſinuata non dat jus ante vacationem & requiſitionem. *Ibid.* & *168.* 11.

Poſt requiſitionem afficit beneficium & impedit præventionem Papæ. *Ibid.*

Multiplici jure Rex ad beneficia nominare poteſt. *167.* 3

Jure concordatorum nominat ad prælaturas. *Ibid.*

Jure fundationis nominat ad dignitates ſpiritualem juriſdictionem habentes. *Ibid.*

Imò illas pleno jure confert. *Ibid.*

Jure Regaliæ ad ſimiles dignitates nominat quas antea pleno jure conferebat. *Ibid.*

Ex privilegio Apoſtolico collatoribus ordinariis nominat indultarios. *Ibid.*

Nominat ad primam præbendam Cathedralium pro jucundo regni adventu. *Ibid.*

Nominat ad primam vacàturam cuilibet Epiſcopo pro præſtito ſibi fidelitatis ſacramento. *Ibid.*

Hæc duo jura non agnoſcit Senatus Pariſienſis. *Ibid.*

Nominatus negligens poſt ſemeſtre non poteſt à ſuperiore impetrare in vim gradus, ſed tantum jure communi. *169.* 17.

Notabilis diſtinctio inter graduatos ſimplices & nominatos impetrantes à ſuperiore in recuſationem ordinarii. *Ibid.*

Nominationes ad beneficia ſemel per matrimonium extinctæ non reviviſcunt. 172.

Homicidium & quævis irregularitas extinguit mandata & nominationes & quaſvis expectativas & jus ad rem. *ibid.*
Nominationes per irregulatitatem extinctæ non convaleſcunt per abſolutionem. *ibid.*
Nominatus ob jucundum regni adventum aut fidelitatis ſacramentum nanciſcitur jus prælationis ex perſona graduati contra proviſum ab ordinario. 194. 44.

O

Obreptio & ſubreptio triplici regula eliduntur. 190. 15.
Prima regula. Quæ Papam movere poſſunt ad facilius concedendum non veniunt exprimenda. *ibid.*
Secunda. Obreptio vel ſubreptio non dicitur niſi in caſibus à jure expreſſis. *ibid.*
Tertia. Aſſertio falſi in non ſubſtantialibus gratiæ non viciat. *ibid.*
Vide ſubreptio.
Officiales cancellariæ & datariæ referuntur & cujuſlibet officium indicatur. 206. 18.
Officium cancellariæ habet Cardinalem præpoſitum, qui vocatur cancellarius. *ibid.*
Officium cancellariæ in Romana curia primarium eſt dignitate, auctoritate & utilitate. *ibid.*
Cancellarius ratione proprii officii expeditioni literarum de rebus Eccleſiaſticis & earum expeditoribus præeſt. *ibid.*
Expeditorum maxima turba nempe abbreviatorum majoris parci, quorum munus eſt ex ſupplici libello minutam literarum conficere. *ibid.*
Scriptores abbreviatores minoris parci, ſollicitatores, plumbatores & regiſtratores. *ibid.*
Horum omnium officium eſt in ipſa literarum expeditione alicujus negotii. *ibid.*
Alii ſunt officiales meri annatarum ac aliarum ſolutionum participantes, ut ſcriptores archivii, , cubicularii, ſcutiferi & riparii. *ibid.*
Officiales datariæ, quibus præeſt Cardinalis datarius ſunt etiam permulti, videlicet ſubdatarius, præfectus officio componendarum, unus officialis per obitum nuncupatus, duo reviſores, unus officialis

cialis reviſor ſupplicationum matrimonialium, unus officialis de parva data, unus officialis de miſſis nuncupatus, viginti regiſtratores, unus regiſtrator ſecretus, ſex Clerici regiſtri ſupplicationum, quatuor magiſtri ejuſdem regiſtri. *ibid.*
Ordinatus & non confirmatus validè dicitur ordinatus. 88. 1.
Quamvis Concilium prohibeat ne prima tonſura initientur qui ſacramentum Confirmationis non ſuſceperunt. *ibid.*
Ordinatus probatur per ſigillum Epiſcopi. 89.
Vel probando amiſſionem literarum, vel per teſtes. *ibid.*
Diu habitus pro ſacerdote præſumitur ad ſacerdotium ordinatus. *ibid.*
Monachatus tollit omnem maculam quoad ordines, non etiam quoad beneficia. 9. 4.
Male auctor noſter Gratianum Monachum arguit de falſo excitata ad favorem monachiſmi novella. *ibid.*
Ordo expeditionum Romanæ Curiæ remiſſivè. 206. 18.

P

Papa non diſpenſat ſine cauſa contra votum, vel contra Evangeliū, vel generalem ſtatum Eccleſiæ: alias diſpenſatio non prodeſt. 21. 2.
Non poteſt ex plenitudine poteſtatis clericum ſine cauſa privare beneficio. 56. 2.
Exempla oblivionis in Papa referuntur. 106. 8.
Creare poſſe Canonicos ad effectum obtinendi dignitates, perſonatus & officia in Cathedralibus & Collegiatis ſibi reſervavit. 191. 35.
In cauſarum deciſionibus, non quod Papa vel legatus facit vel facturus erat, ſed quod facere debebat conſiderandum. 192. 37.
Patronus laïcus poteſt indiſtinctè incapacem & indignum præſentare: Eccleſiaſticus nequaquam. 205. 10.
Vide nominatio, juſpat. præſentatio.
Præſentatio alternativa, conditionalis, incerta, dubia & obſcura valet, quamvis ſecus in electione & collatione. 127. 5.
Modò intra tempus datum ad præſentandum conditio purificetur, incertitudo, dubietas, & obſcuritas certificetur. *ibid.*
Penſio eſt quid annexum ſpirituali, ut quidam volunt quod tamen improbatur. 17. 1.
Quare ejus redemptio inconſulto Papa cenſeatur ſimoniaca. *ibid.*
In quibuſcumque literis impunè reticetur contra Coraſ. *ibid.* 5.
Aperta regalia Rex pro creanda penſione ad Papam remittit. 18. 9.

Illam reſervant Epiſcopi etiam in Gallia renuncianti ad effectum unionis. *ibid.*
Permutatio infirmi facta in menſe libero & utrinque adimpleta de fraude non impugnatur. 47. 10.
A ſolo Epiſcopo auctoritatem recipit etiamſi collatio ad inferiorem ſpectet. 44. 4.
Contrarium induxit conſuetudo. *ibid.*
An à capitulo Sede vacante admitti poſſit? controvertitur, ſed negativa de jure veror. *46. 6.*
Facta in menſe Graduatis affecto tribus concurrentibus fraudis conjecturis nulla cenſetur. 47. 10.
Niſi probitas & capacitas concurrant in proviſo. *ibid.*
Facta in Romana Curia obtentorum mentionem non requirit rejecta auctoris diſtinctione. 4*6*. 7.
Poſſeſſio beneficii ex ſimplici ſignatura abſque executore capi non poteſt contra Coraſ. & alios. 128. 1*9*.
Poſtul. Poſtulantes poſt præſentationem variare non poſſunt. 135. 8.
Niſi de conſenſu ſuperioris, ne ei illudatur. *ibid.*
Nullum ejus poſtulato quæritur donec admiſſa ſit poſtulatio. *ibid.*
Cardinalis debet eligi in Epiſcopum, & non poſtulari. *ibid.* 11.
Poſtulatio ſimplex fit apud ſuperiorem poſtulati; ſolemnis verò apud ſuperiorem poſtulantium. 13*6*. 20.
Malè improbat Auctor poſtulationem ſimplicem. *ibid.*
Præbenda propriè dicitur quæ connexa eſt canonicatui & eſt ſpiritualis ratione canonicatus. *69. 6.*
Stipendium temporale dicitur etiam præbenda. *ibid.*
Sumitur pro quocumque beneficio. *ibid.*
Privatio non inducitur niſi in caſibus à jure expreſſis. 11*6*. 12.
Privandus per ſententiam poteſt lite pendente reſignare. 38. *9*.
Etiam poſt condemnationem ſi fuerit appellatum, contra Molin. *ibid.*
Privatus ipſo jure poteſt ſimpliciter reſignare, non autem in favorē. *ib.*
Si tamen reſignet de facto quæritur beneficium reſignatario in vim clauſulæ quovis modo. *ibid.*
Privantur ipſo jure hæretici contra nonnullos. 117. 17.

Q

Qualitas ſemel appoſita diſpoſitionem implet, licet poſtea ceſſet. 1*9*1. 35.

R

Reſervatio litigioſi non recipitur in Gallia. 58. 13.
Nec alia quam quæ per obitum apud ſedem inſurgit. *ibid.*
Reſignatio ſeu renunciatio fieri debet in manibus collatoris quamvis inferioris, contra Coraſium. 41. 18.
Reſignatarius ſimoniaci vel confidentiarii beneficium capit ut devolutarius. 38. 5.
Renunciari poteſt beneficium ſolo verbo collatum ſimpliciter & non in favorem. 39. 8.
Renunciari non poteſt beneficium abſque ſuperiore. *ibid.*
Fallit in renunciatione tacita. 40. 14.
Et in beneficio litigioſo. 41. 16.

S

Scientia eminens aſſignatus Epiſcopis, Curatis mediocris, ſufficiens ſimplicia obtinentibus.
Simonia vera in quo differat ab interpret. & ſimilitudin. 8. & p. 11.
Realis privat obtentis & obtinendis & reus excommunicatur. *Ibid.*
Conventionalis inficit collationẽ & reus ad obtinenda inhabilis efficitur, & obtentis privãdus venit, non eſt tamen excõmunicatus. *Ib.*
Similitudina ſeu interpretatura privatur beneficio ſuper quo, & quæ dicatur ſimilitudinaria vel interpretativa. 117.
Mentalis nulli prorſus pœnæ ſubjicitur in hoc mundo. *Ibid.*
Proviſus ſimoniacè non ſimoniacus nullam pœnam incurrit præter nullitatẽ actus & inhabilitatẽ ad idem beneficium pro illa vice. *Ibid.*
Niſi ſcienter beneficium retineat. *Ibid.*
Ignorans per triennium juvatur regula de triennali. *Ibid.*
Niſi per reſignantem recipiendo pecuniã ſimonia fuerit cõmiſſa. *Ibid.*
Subreptio. Collationes ordinariorũ ſubreptioni non ſubjacent 190. 28.
Motus proprius inferioris à Papa vel legato ſubreptionem aufert contra Coraſium. *Ibid.* 31.
Quælibet gratia & licentia ab ordinario per ſubreptionem ſeu deceptionem obtenta eſt valida quamvis decipiens peccet. *Ibid.*
Licet collatio ordinarii non ſubſit ſubreptioni, ſubeſt tamen rationi & diſpoſitioni juris communis. *Ibid.*
Subreptio ex impedimento juris, non ex affectu privato collatoris eſt æſtimanda. *Ibid.*
Servitus rei ſacræ imponi non poteſt. 203. 3.
Fallit in jurepat. poſt conſecrationem Eccleſiæ per dotationem acqui-

rendo. *Ibid.* Vide obreptio.

T

Tonſura probatur enunciatione facta in literis ordinum. 89. 4.
Vel in arreſto in quo dicatur viſa tonſuræ litera. *Ibid.*
Niſi colluſorio judicio latum ſit. *Ibid.*
Vel ageretur de beneficio vel alia re magni momenti. *Ibid.*
Turnus præſumitur conſumptus ex collatione facta quamvis non doceatur de effectuatione. 71. 2.

V

Vacatio beneficii ipſo jure inducitur aſſecutione & matrimonio. 50.1.
Pacifica ſcilicet ſecundi adepta & matrimonio per verba de præſenti contracto. *Ibid.*
Non inducitur per privationem vel incapacitatem proviſi ante adeptam poſſeſſionem. 51. 5.
Etiamſi reſignatio fuerit ſimoniaca, vel ſit facta in Curia Romana aperta regalia. *Ibid.*
Epiſcopatus, Abbatiæ & aliæ dignitates electivæ vacant in Curia contra Coraſium. 7. 2.
Vicarius Epiſcopi eſt ordinarius, & facit unum conſiſtorium cum Epiſcopo. 82. 1.
Ab eo non poteſt appellari ad Epiſcopum, & poteſt eſſe delegatus Apoſtolicus tanquam habens dignitatem. *Ibid.*
Secus dicendum de Vicario foraneo. *Ibid.*
Ex generali mandato non poteſt diſpenſare; nec denunciationes matrimonii remittere. *Ibid.*
Sine ſpeciali mandato non poteſt beneficia conferre. *Ibid.*
Data poteſtate conferendi non poteſt præſentare, contra Lambertin. *Ibid.*
Confert extra territorium ſicut Epiſcopus. 82. 3.
Inſtituit & confirmat ubique ſine ſtrepetu judicii. *Ibid.*
Juriſdictio delegata vicario, eo mortuo vel depoſito tranſit ad ſucceſſorem. 84.
Vicarius capituli ſede vacante non poteſt exequi literas in forma dignum directas vicario Epiſcopi *Ibid.*
Ex generali mandato confert graduatis. 168. 13.
Inquiſitio, correctio, punitio, amotio & beneficiorum collatio non competunt vicario urbis. 58. 17.
Sed indulto hæc ſibi conceduntur præter collationes. *Ibid.*

*FINIS.*